um. Praecepī quidem ut non obliuiscaris dei, nolo ta-
men ut signum tibi dei facias externum, quod utcūq;
tentaueris facere, non tamen efficies, nam nullam dei
similitudinē uidisti. Signum nullū aliud dei promitto,
quā uerbum quod audisti, id nunq̄ excidat de corde
tuo, id ligetur in manu tua, uersetur ante oculos tuos,
scribatur in ostijs domus tuae, ca. 8. in memoriā redeat
per alia signa quae instituo, per ceremonias, sacrificia
& oblationes, ut nō obliuiscaris uerbi propter quod

ista facies, in hoc signo scilicet uerbo dei certissime deū possidebis, dum timebis deum non ausus aliquid omittere quod uerbum docet aut aliquid fingere quod uerbum nō docet, ut iam non tui iuris sis, sed totus in uerbo. Vae igitur nostrae impietati qui relicto uerbo dei secuti sumus nostras adinventiones, satis horrendo iudicio, de quo in psal. Et dimisi eos secū dū desideria &c. id quod est statim habere deū alienum, id est, aliud in quo confidas quā in deum uerum, de quo illic praeimitur, Israël si me audieris &c.

De imaginibus sic habeto. Scriptura prohibet imagines, in quibus colatur deus siue sub specie uiri siue sub specie mulieris, siue alterius creaturae, quemadmodum ad portenta deorū labitur humana impietas necessario, relicto uerbo dei. Euanuerūt enī, ait Paulus, in cogitationibus suis &c. sicut hodie uidemus superstitiosum uulgus errare in superstitioso cultu sanctorum, in obseruatione dierū, in ueneratione creaturarum, alij occultius idola cordis sui adorāt & opus manuum suarū, osculantes manū suam cum adfulget sol clarius, quae est iniquitas maxima coram deo secū dū Iob. est enim confidentia operum tuorū, maximus dei aduersarius &c. In quibus ut maxime non coleretur deus, tamen mendacium esset uel dicere istam imaginem esse dei, uel istud esse diuinū quod nō dei est, sed humanum opus, hominū manibus & uiribus factum.

Nec minor est impietas seruire uelle creaturis, quas ut maxime tu non feceris & dei sint manibus ita factæ, tamen non sunt factæ ut adores. Nec hic dicas, Ego non adoro opus manuum mearum, sed opus dei. Nam non opus dei, sed deus debet adorari. Stultum est te uelle seruire ys quæ deus creauit ad seruiendum tibi. Gen. 1. id quod uel experientia te posset docere. uide Sapient. 13. quem errorem etiã sequuntur, qui opera sanctorum non fidẽ sequuntur &c. Summa, omnis cogitatio humana de deo, præter id quod nosti ex eius uerbo, idolũ est. Forte debet abesse. Ne forte &c. Ex Heb. Ut non perdati uos & faciatis uobis imaginem similitudinis masculi aut foemine &c.

Et omnia astra. Heb. Et astra & omnem militiam coeli. Ita & prophetæ loquuntur Moysen secuti.

Et errore &c. Heb. Et perdas te & adores ea & seruias quæ dominus deus tuus distribuit cunctis gentibus &c. Sicut quæ sunt infra cælum ita & coelestia prohibet adorare. Stultum enim est id tibi pro peculiari deo uendicare, quod ut tibi ita & omnibus seruit gentibus, indicans potius suo ministerio & admirabili specie creatorem, nisi cæci essemus.

Vos autẽ. Fides quidẽ habet & credit quod deus est, sed recta est quãdo credis quod tuus est. Heb. 11. Credere oportet accedentẽ ad deum quod deus est, & quod inquirentibus se remunerator sit. Impietas uero ne primũ qui

dē uere credit, opinione quadā ducitur & euanescit
in cogitationibus suis secuta idola cordis sui. Dixit
enim insipiens in corde suo, non est deus &c. Domi-
nus omnes homines suas creaturas agnoscit & eis dat,
pluens super bonos & malos, & solem suum &c. sed
per fidem peculiarē uult populū quē in eternū possi-
deat. Fornaci ferreæ Aegypti recte cōparaueris mi-
serias conscientiarū errore seductarū. Non minus be-
neficij pręstitit deus nobis hodie, q̄ illis &c.

Iratus.] Sententia est, Quia ego non transibo tecū,
ut supra ca. 1. caue ne obliuiscaris pacti dum nō adest
monitor. Vide infra, ca. 3.

Ignis consumens, id est, deuorans. & deus
emulator, qui non potest sustinere, ut declines ab eo.
Amor non est sine emulatione. Cogita simile in matri-
monio carnali &c. Atq; hic Moyses suo fungitur offi-
cio dum ita terribilem nobis deum ostendit, qualis cer-
te est conscientijs ubi Euangelium non est. Et hoc est q̄
tam sæpe inculcat deum locutū de medio ignis &c.
Euangelium uero non ut legislator, sed ut propheta
statim prędicat, dicens, Cūq; quęsieris ibi &c. qui est
insignis locus pro pœnitentia.

Ducturus.] Heb. Acturus. Si tamen.] Heb. Quia
toto corde quæres eum & tota anima tua quando an-
gustiaberis & inuenerūt te omnia prędicta.

Novissimo tpe.] .i. posterioribus diebus siue post oīa.

Interroga. Vide q̄ diligenter urgeat, ut maneant in primo p̄cepto, quod in hoc capite describitur, in quo qui manet, manet in oībus, sine quo reliqua nihil sunt. Hic meditemur quid nobis quoq; per Christū fecerit deus, ut essemus gens sancta &c. 1. Pe. 2. Exo. 19.

A summo &c. Id est, ab uno termino coeli ad alterum. Sic psal. 18. & in Matth.

Quia dilexit. Hic non est meritū, ita & psal. 43. De ciuitatibus refugij dicemus cap. 29.

Ista est &c. Siue ad p̄cedentia referas, siue ad sequentia nihil refert, de toto libro loquitur, significans quid quibus & quo loco p̄ceperit.

CAPVT V.



Ecce p̄cepta hoc capite proponit & legis naturā describit, scilicet q̄ terret cōscientias, & q̄ lex nisi spiritu nō perficitur. [Non cū patribus.] Certe cū patribus inierat pactum. Sed ex Heb. legendū, Non cū patribus nostris inijt pactum hoc uel pactum tale. Facie ad faciem. Vide quid hoc in scripturis sit, ubi de deo dicitur. Nā supra dixerat, Nullam speciem dei uidistis. Significat ergo. Locutus est sic nobiscum deus manifestis uerbis & signis quæ uidimus, ut negari non possit quin deus fuerit. Sic Iacob, Vidi dominū. facie ad faciem &c. cum tamen uerum sit, Deum nemo

uidit unq̃. Nam tametsi & de Moysse dicit deus, Nu. 12:
Palam & non per enigmata & figuras deū uidet, ta-
men idem Moyses cupit uidere gloriam dei & faciem
eius & audit. Non uidebit me homo & uiuet &c. Ex-
odi. 33. **Ego sequester.**

Vide hic quem mediatorē intelligas in Gala. Data est
lex per angelos in manu mediatoris. In quo con dem-
natur omnis ille populus reus damnationis, quia indi-
gebat mediatore, id quod tunc agnoscitur quando ap-
paret terror legis. Verum ille mediator quid aliud at-
tulit q̃ legē, alius ergo expectabatur qui adferret gra-
tiam. 10. 1. Lex per Moysen &c. cuius figuram Moyses
gerebat, quādo seposito legislatoris officio pro popu-
lo intercedere solebat.

Ego dominus. Primū p̃ ceptum uult agnosci
unum deum, illi credere, fidere, & illum timere.

Ego, inquit, non alius, dominus gubernator, deus crea-
tor, tuus, qui ut te creau, ita & ego guberno, non tu-
tua prudentia, tuis uiribus, tua iustitia &c. ego tibi be-
nefacio, ego redimo à malis, à peccatis, à damnatione,
In manu mea sunt omnia qui condidi omnia, & tuus
sum quantusquantus sum & quantumquantū possum.
Quis hic non prouocatur ad fidem? sed beatus qui in-
telligit. Vides itaq; fidem esse primā & fundamentū
omnium cogitationū, uerborum, factorū bonorum, ex
hoc fonte nos mundari, Hic omnia mūda esse mundis,

Et quicquid nō est ex fide peccatum esse, ubi enim nō est hoc primū praeceptum, illic nullū est, in hoc omnia ut in capite comprehenduntur.

Non habebis deos alienos] id est, non habeto aliquid prae ter me in quo confidas. Dum habes uxorem, esto tanq̃ non habens, dum uteris mundo, esto tanq̃ nō utens &c. 1. Cor. 7. Vnde addit, in conspectu meo, ut noris primū prohibitam cordis idololatriam, de qua diximus, quā ipse per sese uindicat, quia corda nō permittit iudicare hominibus, externam autē quae signum est internae hominibus commisit iudicandam per legem, ut occidatur qui suadere nititur ut recedamus à deo, & qui idolum sibi erexerit.

Ego enim.] Et iudicem & patrem se proponit, illū contēptoribus, hūc diligentibus, sed nō diliges nisi credas, quod hoc praecepto exigitur, non credes nisi deus dederit, dabit autē si poteris inuocare. Vides itaq; hic legem esse & euangeliū. Legem odientibus, hoc enim efficit lex nisi euāgelio reuoceris, uelles enim non esse talem deum qui sic obsistit tuis cupiditatibus. Hic uide quā probe interpretatus sit hanc legē Ezechiel. Filius non portabit &c. cum & hic additū sit. ijs qui oderūt me &c. & diligentibus me &c.

Secundum praeceptum.

Non usurpabis.] utiliter usurpatur nomen domini in iuramentis necessarijs, in confirmatis

one uerbi dei, in foederibus cum fratribus, in inuocatione quando tentaris quando beneficiū à deo postulas, dum ueritatē dei libere prædicas & corā mundo profiteris &c. quia hic honorem, ueritatem & iustitiam nomini dei tribuis. Primo præcepto corde creditur ad iustitiam. Hoc ore fit confessio ad salutē, Nam hoc præceptum dum uetat frustra usurpari nomen domini, iubet recte & sancte usurpari, id qd' postulamus in oratione dominica, Sanctificetur nomen tuum.

Quia non erit. Heb. quia non innocentem habebit dominus qui nomē eius frustra assumpserit. Qui enim se uenerari uult etiam suum nomen nō uult polui. Nos omnes contra facimus, dum gloriam quærimus non in deo &c. sed tamen quidā crassius externo ioco, quidam etiā contemptu rei sacræ & Euangelij, q̄ut ferre deberemus. Externa sunt à nobis coercēda, ut uel sic discamus interna agnoscere &c. Summa huius præcepti est, ut inuoces nomē domini, in omni tentatione & necessitate, ut inuoces quem primo præcepto cognouisti &c.

Tertium præceptum.

Obserua diem sabbati, ut sanctifices eum. Sanctificare in scripturis, est segregare & separare domino. Septimū ergo diem sanctificare, est tunc, cessantibus carnis operibus & externis, spiritu adorare dominū & audire uocē dei & meditari in lege eius, quod sab

batum credentibus iuge est, sicut psal. 1. dicitur, In lege eius meditabitur &c. Vide Esa. 58. Heb. 4. Hoc est sabbatum Christi quiescentis in sepulchro, imò hoc est sabbatū dei quiescentis ab omni opere quod patrarat, qui quiescere scribitur dum nos qui in eum credimus quiescimus, mortificata carne cessantes ab oībus operibus rationis nostræ & liberi arbitrij, ut in nobis operetur spiritus dei. Opus autē eius est, ut mortificet carnem & uiuificet spiritū. Vnde uides tūc maxime operari deū occulto opere quādo ab externis cessat. Incirco Christus dicit, Pater meus usq; modo operatur & ego operor, qui & indicat in Euangelio, ne sacerdotes quidem potuisse aut debuisse obseruare sabbatum in ipso etiam templo ni maluissent agere contra mandatum pro madato, item, ne alios quidem, qui in sabbato quoq; cogebantur circumcidere hominem, ne facerent contra aliam legem. Hic tam religiose mandatum sabbatum cogebatur tamen cedere alijs legibus, ut uel ipsa lex ostenderet aliud sabbatum, scilicet, quo à nostra cessamus, ut faciamus dei uolūtatē. Præterea necessitas & charitas dispensant in omnibus externis, ut uides in discipulis uellicantibus spicas. Et in nostra potestate est nunc externū sabbatum, non ligat nos nunc lege, quia dominus est filius hominis etiam sabbati. Sabbatum uero internum requirūt à nobis duo prima præcepta quæ ipsum exponit, qd

violat prouidentia tua de uita tua, utcumq; in speciem
 bona & electio operum nostrorū quæ nobis eligimus
 & præscribimus. Id quod non est spiritu dei agi sed
 proprio. Veram tui resignationem hoc præceptū exi-
 git, sed à domino necesse est ut postules, dicens, Adu-
 niat regnum tuum. Fiat &c. Aduerte sabbatum exter-
 num fuisse sacramentū, quo agnosceretur prima duo
 præcepta siue ipse deus. Deinde & nobis & proximo
 seruaretur. De primo dicit lex, q; sabbatum debet san-
 ctificari domino, quod sic exponit Ezech. ca. 20. Insu-
 per & sabbata mea dedi eis, ut esset signū inter me &
 eos, & sciant q; ego dominus sanctificās eos. Vbi Eze-
 chiel obiter interpretatur, q; dum iubemur sanctifica-
 re domino sabbatum, nihil aliud sit q; sinere, ut domi-
 nus nos sanctificet, non ipsi nos, id quod est uerū sab-
 batum. Fuit autē sabbatum duplex sacramentū, crea-
 tionis, Gen. 2. & redemptionis ex Agypto, ut hic dici-
 tur. De secundo hic dicit, Vt requiescat seruus &c.
 Itcirco præcepit &c. Vides itaq; deum in præceptis
 suis, non sua sed nostra quærere intus & extra, qui se-
 ptimū diem requiei nobis dedit, sicut & somnū, ne no-
 stra cupiditate perdamus & nos & creaturas dei, qui
 nouit quid quæq; possint postq; hanc crucem imposuit
 ut uiuamus in sudore uultus nostri &c.

Honora patrem &c. Incipit secunda tabula p
 proximo nostro. Sed diligenter in omnibus scito legē

CAPVT V.

esse spiritualement, sicut Christus interpretatur Matth. 5.
ne fingas tibi ex ipsa dei ueritate hypocrisim quandā
et fucum et mēdaciū. Vide de bonis operibus libellū.

Nihil addēs amplius. Ergo hæc lex ad omnes ho-
mines pertinet, quæ uero reliquæ sunt obseruationes
et ceremoniæ legis et tēporibus et locis alligatæ cū
temporibus et locis perierūt. Neq; enim hodie Iudæi
sua illa habent principalia festa, aut sacrificia legis et
holocausta, quæ iussit dominus tantū agi in loco quē
elegisset et c. Vide orationē Danielis, ca. 9.

Maiestatem. Hoc est quod Paulus dicit. 1. Corint. 1.
Qd' mundus in sapientia dei nō potuit deum cogno-
scere, saluos fecit ergo credentes per stulticiam prædi-
cationis et c. Prædicatio maiestatis dei et sanctorum
sanctitatis me terret, allicit autem maieestas in carnem
deiecta et sanctorum infirmitas et c.

Probauimus hodie. Id est, miramur q; ad-
huc uiuimus postq; audiuius uocem domini nobis in-
tolerabilem. Vide qui per naturam nos simus. Omnes
uidemur per hypocrisim nobis diligere uerbū dei, sed
ubi uere uenerit ad cor nostrum et damnarit omnia
nostra, tunc nulla hypocrisi id quod res est sentimus.
Vnde ait dominus, Bene omnia locuti sunt, id est, sic
habet res, nihil mentiuntur et c. sed tamen errant qui
promittunt, terrore coacti, sese omnia facturos, id qd'
non poterunt nisi eis detur alia mens, id est, spiritus

IN DEUTERONOMII

sanctus, quo docti & adiuti timebunt me uere, ut filij patrem, & obseruabunt omnia quæ præcipio eis.

Quis det &c.] Utinam haberent tale cor, ut me timerent & custodirent &c.

Tu uero &c. Ecce mediatorem Moysen, ut supra.

Non declinabitis] scilicet ab eo quod præcepit uobis deus &c. Hoc est qd' supra dixit. Non addetis &c. Verbum dei non uult sophisticas interpretationes.

CAPVT VI.

ps 8

A Vdi Israel, id est crede, sicut psal. Israel si me audieris &c. Rursum per totum caput admonet primi præcepti & ipsum exponit, scilicet non esse externum facum cultus dei quo præcepto satis fiat, sed esse adorationem in spiritu, id est, ut metuas, diligas, fidas, in summa, ut credas. Vides itaq; legem esse spiritualem, quæ omnia carnalia damnet. Diliges, inquit, ex toto corde, id est affectu & cogitatione, ex tota anima, id est uita, ut nunq̃ cesses diligere per omnem uitam, ex tota fortitudine tua, id est, ex oībus uiribus tuis quicquid potes. Certe hic inuenies in te (nisi hypocrisis excaceris) diuersum cor, sicut uides ca. superiore, diuersam uitam tuam, diuersas & contralucentes uires tuas, quid ergo hic legis nisi damnationem tuam, dum non solum nō facis quod lex dei iubet sed etiā contra facis

facis? Neceſſe eſt ergo ut cor tuum, uita tua, uires tuæ
per deum immutentur, ut diligas &c. Pſal. 1. Cor mihi ſo-
dum crea &c.

Narrabis.] In Heb. Acues. i. diligenter inculcabis.

Dormiens] Heb. Cubitum uadens, uel in lectum te
reponens. Et ligabis.] Vide & Prouer. 7. Hoc eſt
quod ſupra dictū eſt, q. deus in nullo alio uult cogno-
ſci ſigno, aut cognoſci poteſt quā in ſuo uerbo. Exter-
nus cultus impietas eſt & mera idololatria ſi non tea-
nes deum in hoc ſigno.

uerbo dei
ſuo uult
cognoſci
ſolus

Quaſi ſignum.] Potius, In ſignum.

Iurauit.] Iuramenti & promiſſionis meminit ut ag-
noſcant deum eſſe ueracem in ſuo uerbo, quod ſolum
ab eis uult ſuſcipi. Magna fides patrum qui hactenus
defuncti nihil acceperant huius terræ. Sed q̄ infirma
fides fuerit in ijs qui acceperunt hitoria teſtatur, uix
enim, manifeſtis miraculis uiſis & ſine ceſſatione ad-
moniti uerbi dei, perſiſtere potuerunt.

Quas nō ædificasti.] Quod dominus eiecit gentes,
uides iudicium in impios. Qd' populū ſuum induxit,
uides miſericordiam dei & curam paternā pro ſuis
qui eo fidunt. Allegoria eſt expulſio ueteris Adæ, ſiue
expurgatio ueteris fermenti, ut ſimus noua conſper-
ſio &c. Prouer. 2. Impij de terra perdentur &c.

Qd' uero dicit, Quas nō ædificasti &c. ſignificat do-
na dei nō prouenire nobis ex noſtris uiribus aut meri-

to &c. Et comedetis.] Non hic dicit de crapula et ebrietate, quemadmodū dominus, Attendite, inquit, ne corda uestra &c. quanq̃ hæc nō soleant abesse, nō enim nō possumus abuti beneficijs dei obliti dei &c. Sed admonet ut saturati & abundantes gaudentesq; in bonis domini, non obliuiscamur datoris, sed cum gratiarū actione utamur, ut infra ca. 8. & 1. Tim. 4. & 1. Cor. 10. & Ro. 14. Cōtra pseudapostolos. Col. 2. Non frustra hæc admonet Moyses, nam infra in cantico prophetat, dicens, Constituit eum super excelsum terram &c. Dei quidem est providere creaturis, sed dum non agnoscimus patrē in beneficijs, cogitur mittere famem, ut uel sic agnoscamus, sed ne tunc quidē dimittit suos, Alit enim eos in fame, sicut Iacob cū suis qbus præmisit i Aegyptū Ioseph. vide psal. 32. & 36.

Domīnum deum tuum timebis.

Non perditionē fauoris, rerū, honoris, uitæ tuæ, quæ oīa scias esse in manu dei, quæ si uoluerit tibi integra nemo auferet, si uoluerit per dita, bona sua uoluntate & tuo cōmodo uolet, quia pater est etiam quando flagellat. Impius es si harum rerū timore recesseris à deo. & feceris dixerisue contra uerbum eius. Has enim res pro dijs erexisti. Item non timebis etiam illos deos qui minantur damnationem eternā nisi eos colas, non te terreat ullus sanctorū cultus omissus, non neglecta aut contempta traditio humana, non intentata ex cōmuni.

eatio ab ijs qui deos se faciūt & coli uolunt & timeri
 uice dei, dum nihil aliud quærunt quā quasi uerbis dei
 excōmunicare dei uerbū uere habentes, Matt. 5. Beati
 estis, gaudete &c. Vide Eze. 13. Itaq; neq; in rebus ex-
 ternis, neq; in rebus spiritualibus timebis aliud quā do-
 minū, Sequitur, Et illi soli seruiēs. i. Illi soli sit obnoxia
 tua cōscientia. Si superstitioni, consuetudini, traditioni-
 bus humanis alligaueris tuam cōscientiam, iam seruis
 alijs quā deo, In quo te non ligat deus in eo esto liberrī-
 mus. sibi let serpens ille antiquus quicquid uelit, niteat
 quantū possit interim speciosa hypocrisis, teneto uer-
 bum dei, nō sequere uel tua uel aliorū somnia. Hoc est
 quod Paulus dicit. 1. Cor. 7. Precio redempti estis, no-
 lite serui fieri hoīm, id est, non seruite ulli creaturæ cū
 periculo cōscientiæ uestre &c. Sed dices. Tamen scri-
 ptura præcipit ut serui timeant dominos suos & fide-
 liter eis seruiant, & uxor timeat maritū &c? Respon-
 deo, tua obiectio habet solutionē. Dicis, Scriptura præ-
 cipit, Ergo dominus præcipit, Ergo & serui & uxor
 sic timendo & fidem præstando secundū uerbum dei
 non tam dominos & maritū quā deum timent, non tā
 illis quā deo seruiunt &c. Sequitur. Per nomen illius
 iurabis, id est, nulli rei tribues honorem ueritatis nisi
 nomini domini. Diabolus est mendax & omnis homo
 mendax &c. de hoc supra dictum. Itaq; uides hic nihil
 aliud quā repeti prima præcepta.

Non tentabis. *Tentas deū dum habes uerbum eius, promissiones eius, et tamen adhuc uis experiri num uerū sit quod promittitur, num possit tibi providere, te protegere &c. sicut dixerunt, Est ne deus in nobis an non? item quando tentauerūt de cibo, de potu. Vnde ait dominus Nu. 14. Tentauerūt iam me per decem uices, sicut qui hodie ne uentrem quidam deo committunt & statim ubi diuersum quid apparuerit diffidunt &c. Item, qui nolūt credere euangelio, sed expectant concilium futurū quo diuina ueritas per homines confirmetur, Iccirco Paulus monet. 1. Cor. 10. Neque tentemus Christū sicut quidam eorū tentauerunt & a serpentibus perierunt &c. & psal. Hodie si uocē &c. Sūma, Simpliciter credi uult deus suo uerbo &c.*

In conspectu domini.

Non in conspectu tuo, secundū uerbum dei facito, non secundū humanas adinventiones quæ damnat deus in prophetis & in Christo. Esa. 29. Matt. 15. Lex enim dicit, Non facies quod tibi rectum uidetur.

Cum interrogauerit.

Vides obseruationes statutorum illorum tunc sacramenta fuisse, ut supra diximus.

Legitima] id est statuta. [Et timeamus] potius, Ut timeamus. [Eritq; &c.] Ex Heb. Et hæc erit iusticia nostra (si custodierimus & fecerimus oīa præcepta eius) corā domino deo nostro, sicut est hodie.

IN omnibus prædictis & ferè usq; ad .XII. caput fidem diligenter requirit Moyses, ut fidamus deo & timeamus, quemadmodum supra diximus.

Quando dicit gētes plures & fortiores te, fidem certe huius uerbi requirit, & simul hanc ualido ariete oppugnat, cui plagæ statim infra medetur euāgelicus propheta nō iam legislator. Si dixeris, inquit, in corde &c. Vide quā hac re tentati sint corda impiorū, id est, non credentiū uerbo dei, Nu. 13 & 14. Terra quā lustrauimus &c. Pietas uero solum respicit in uerbum dei ubi etiam omnia desperata uidētur, ubi etiam omnes contra sentiunt &c.

Percuties ut percutias.

Vsq; ad internitionem.

Anathematizabis eas ne in eas cum &c.

Quod gentes uult deleri, iudicium ut supra diximus uides in impios, de quo lege Sap. 12. Et hoc ipsum pertinet ad primū præceptū, ne quid sustineamus qd' nos à uerbo dei quacūq; religionis aut sanctitatis specie auertat, ut suscipiamus cultum dei, quem uerbum dei ignorat. Quia, inquit, seducet filium tuum. Oportet quidem diligere proximū etiam inimicū, sed non contra primū præceptum, ut infra uides ca. 13. Si tibi uoluerit persuadere frater tuus &c. Itaq; intellige hic legem esse latam secundū primum præceptū, non su-

turū aliquid prædictum, facti enim sepe sunt huius legis transgressores sed in malum sibi &c.

Aras eorum.

Ita neq; nos possumus euangelium rursum inducere & euangelicum populum, nisi cuertamus omnia in quibus homines confidunt & salutem sperant, sed uide ut paulatim hoc facias, sicut infra dicemus. Ipse consumet &c. quod non melius fiet quam prædicando euangelium quod tibi commissum est, qui est gladius spiritus, contra Cananæas gentes, quo dominus paulatim conterit & occidit impietates & idola cordium & AntiChristi regnum. Tantum te cogitato ministrum ut fidelis sis, ceterum deo committe fructum, Deus quidem conterit gentes sed per ministros, de quo supra aliquando diximus.

Populus sanctus es domino,

Id est, segregatus illi, ut nullo alio cõtamineris, ut tu sponsa serues fidem marito, confide illi non idolis, non tuis operibus & iusticijs.

Te elegit &c.

Hic propheta est Moyses non legislator. Cõmendat hic apertis uerbis gratiam. Te elegit. Electionis dei est quod sumus populus dei. Sed num elegit propter merita &c. Nõ. sed quia, inquit, dilexit te. Sic & psal. 43. Quam dilexisti eos &c. Ephe. I. Elegit nos in Christo ante constitutionem mundi & dilectos fecit nos in dilecto filio suo. Et scies. Et scias uel scito nunc. Vides omnia facta

propter primum praeceptum suscipiendum.

Fortis] ergo fide, quia tuus est cui portae inferorū praeualere nō possunt, ergo & time quia contemnens eius potentiam fugere non potes.

Fidelis] ergo confide, quia promissa praestat, seipsum negare non potest, ergo & time quia contemnentes procudubio ueniunt quae cōminatus est.

Custodiens &c.] De hoc supra diximus.

Statim. Quid ergo est q, deus patiens scribitur, expectans ad poenitentiam? Respondeo. Qui non credit iam iudicatus est, ut maxime hoc nondum sentiat, ut maxime mūdus nondum uideat &c. Excācatio & damnatio statim adest contemnentibus dei uerbum, magna uero gratia est si resipiscant.

Si postq̃.

Hac est benedictio obedientium deo, id est, credentiū. Hic necessario deus fit impijs mendax. Aiunt enim, tamen ista etiam dat Turcis & gētibus & saepe plus illis qui uiuunt cōtra deū, ut psal. Quorum filij sicut nouellae plātationes &c. Et alibi, Saturati sunt filijs &c. Hic ergo claudendi sunt oculi ratiōis & spū uidendū qd spūs dicat eccl̃sij, Necesse est uerbū dei esse uerū. Primū increduli siue gētes ista inquirūt, credētibus aut adiiciūtur. Matt. 6. Illi distorquentur anteq̃ habeāt & timent ne perdāt. Hi aut absq; solitudine & accipiūt et amittūt, et, ut Paulus dicit, sūt tanq̃ nō habētes &c.

illi non agnoscunt se à deo accipere, ideo his ipsis rebus quibus abundare uidentur pereunt misere carne non uidente. Hi uero, quia agnoscunt benefactorem cum gaudio & bona conscientia utuntur rebus gratias agentes, ut ait Paulus. Hi habent dominum, illi non habent, ut indicant loci predicti ex psalmis. Non est pax impijs, dicit dominus. Et in Prouerb. Melior est buccella panis sicca &c. Et in psal. Melius est modicum iusto &c. Hinc est quod in psalmo dicitur, Diuites egerunt &c. Sic & de filiis intellige, de quibus quedam dicunt, Beata steriles &c. Item, diues in inferno, Habeo & quinque fratres. Itaque talia benedictione dei accipiunt credentes, ut Ioseph. Incredulis augetur maledictio ubi talia accipiunt, cum quia non agnoscunt datorem, tum quia per talia torquentur, etiam secundum carnem & magis excruciantur, ut non redeant ad deum. Deinde hoc quoque dicimus, quod impij in omnibus creaturis peccant, etiam dum uescuntur ista aura etherea, & peccatum est quicquid agunt & uiuunt, utuntur enim re non sua. Nam omnia in Adam perdidimus, quae soli credentes per Christum receperunt, de quo est psal. 8.

Horrendae quidem fuerunt infirmitates Aegypti, sed magis horrenda illorum excruciatio quam caro non uidet.

Hostibus tuis id est, ueritati resistentibus qui non possunt sustinere populum dei.

Deuorabis, quod illi gladio, nos gladio spiritus

facimus quo occiditur AntiChristi regnū in conscientijs hominum. secundū illud, Portæ inferi &c.

Si dixeris.] Impugnatur quidem fides nostra quasi non pares simus tantis tentationibus, regno Satanae, toti mūdo aduersanti & quærenti nos ad mortem, id quod est fragilitatis nostræ, in quo ostendit nos deus nobis. sed scire oportet q̄ manus domini nondū est abbreviata &c. [Scrabriones.] Vide Exo. 33.

& Iosue. 24. his confortatur fides populi, ut non timeat potentiam & multitudinem aduersarij populi, quā adeo contemptam habeat dominus ut non gladio sed minutis animantibus eiekturus sit anteq̄ ipsi introeāt. Sic & irrisit potentiam Pharaonis deus & sapientiam philosophorū eius, dum immisit eis omnis generis muscas &c. I. Cor. 1. Quod infirmū est dei &c.

Paulatim. Sic & Exo. 23. Quæ est optima instructio illis qui pugnaturi sunt gladio uerbi ne statim ui irrumptentes prouocent potius mala quàm promoueant bona, Ipsi doceāt ut alij crescant ex fide in fidem donec dominus paulatim cōterat in cordibus quicquid gentile est & dei uerbo aduersum &c.

Non concupisces.

Necessarium præceptū. Quicquid auri & argenti, honoris & cōmodi te auocat à uerbo dei, hoc scito ad idolum pertinere, Caue ne aliquid eorum concupiskas, aut si illud tibi acciderit cōfiteri domino iniquitatem

tuā, & caue ne aliquid suscipias, contra deū enim suscipis & eius ueritatē. Quid multos hodie detinet ne suscipiāt Euangeliū q̄ q̄ cū Gerazenis dolēt & nolūt sibi dānūrerū fieri, alioqui libēter passuri Iesum &c.

CAPVT VIII.



Nihil aliud agit q̄ quod ante. Ne obliuiscātur dei &c. Recordaberis. Ex prāteritis beneficijs uult confirmari ipsorum fidem ne deficiant à deo, etiā si tentatio eis uenerit &c. Affligeret.]Heb. Humiliaret, id est paulatim te mortificaret & tuam uoluntatem frangeret, ut disceres pendere ex eo solo.

Atq; tentaret & nota &c.

Insignis est hic locus uel uno uerbo expressus, q̄ deus tentat nos, ut sciat qui simus intus & in cute, dum ad hoc tentat ut nos sciamus qui simus. Ipse experiri dicitur dum nos eo docēte & tentationibus probante experimur. Extra tentationē etiam sancti hypocrisi non carēt sed occultissima, sicut de pio Ezechia legis. 2. Paral. 32. In omnibus operibus suis fecit prospere &c. Impij uero hypocritae, qui non suscipiunt uerbū dei, uidētur nihil aliud amplecti q̄ uerbum dei, sed ubi inuulgatum fuerit persequūtur. Lucae. 2. Ut reuelētur ex multis cordibus cogitationes &c. Fatemur & nos amplecti dei mandata deiq; ueritatē, sed tentatio docet nos

quid adhuc infidelitatis habeamus. Afflixit te uel humiliavit te penuria. Rursum insignis locus, de fidei tentatione. Promittit deus se prouisurū nobis, & mittit famem & paupertatē, ut uideatur dereliquisse. Hic qui crediderit, nō festinet, Esa. 38. Nutriet etiā in paupertate & dabit meliora q̄ caro sperare potest, scilicet manna pro pane. Vt ostenderet &c.

Exponit historiam de manna. Primū hoc ait Moyses, Iustū ex fide uiuere etiā secundū hanc uitā. Non tuus labor tuāq; sollicitudo te nutrit, sed uerbū dei qd' omnibus puidet, oībus dat, Gen. 1. & præterea fidelibus promittit, qui & pudentiā creationis soli intelligūt. Hoc est, quod diabolo Christus obijcit grauissimū certe telū. Deinde isto uerbo ita seruari hominē ut nō moriatur. Vita enim est æterna uerbū dei. Māna illud nō uiuificabat, sed uerbū dei per qd' illud māna dabatur. Vnde Io. 6. Non Moyses & c. sed uult hoc uerbum hoc uiuificū manna edi, id est trañci in mēbra tua & tibi incorporari, ut in ipsum transmuteris, ne mortuā literam cogites esse hoc uerbum, ut uides Ioan. 6. Insigniter uero significabat deus uerbum suum per manna. Vide Sap. 16. Impij nauseabant ad manna, alijs sapiebat ut uolebant, & gratias agebant.

Vestimentum.] Hæc erat cura patris erga filios, ut discamus dei erga nos prouidentiā & c. & ex beneficijs agnoscamus patrem esse quem cōscientiæ nostræ

fugiant iudicem. Prouidit, inquit, tibi dominus & adhuc amplius prouidebit in terra quā ingredieris &c.

Vt cum comederis,

De gratijs agendis diximus cap. VI. Per gratias autem testamur dei donum esse & ex dei manu nos accipere quo utimur &c. Securitas uero carnis quæ paulatim declinat à timore dei in dei donis siue carnalibus siue spiritualibus, efficit ut occulta quædam cordis superbia, quasi aliquid simus, pereamus, id quod hic dicit, Ne postquæ comederis &c. eleuetur cor tuum &c. quapropter Paulus monet cum Moise ut in gratiarum actione permaneamus.

Eduxit te, ductor tuus fuit &c.

Fidelis est Moises in domo dei, Heb. 3. sicut & Christus fidelis fuit omnem patri tribuens gloriā & nihil agēs aut prædicans quod non erat ei commissum. Sic & ministris Christi fideles uult Paulus. Non dicit Moises. Ego eduxi, ego ductor fui &c. lege Esa. 63.

In qua. id est, omnia periculis plena erant & nihil remedij, ita solet tentare dominus & deducere ad inferos, ut omnibus desperatis ubi nihil possumus tribuere uiribus nostris & industriæ, magis admirandā nobis cōmendat suam prouidentiam & paternam curā, ut supra diximus. Sic etiam distulit Christū, differt promissiones, ut discamus qui simus, ut exerceatur fides, ut gratius sit beneficium, ut maiora opinione accipiamus.

mus. Iudei acceperunt quæ ut maxime uellent suis uiribus tribuere non potuerunt, ut aquam ex petra, manna de cælo, Hoc est quod hic addit,

Et postq̃ afflixit &c.

Id quod ex Heb. sic legas licet. Vt humiliaret ac tentaret, ut beneficeret tibi in extremis tuis (id est, post tentationem).

Ne diceret.

Tribulatio & tentatio nobis accidit ne eleuemur in donis, id quod supra dixit Ne eleuetur cor tuum &c. Est autem hæc eleuatio, si quid tribuerimus uiribus nostris, prudentiæ, consilio, ingenio, id quod odit deus maxime si tribuerimus hoc ipsum iustitiæ nostræ siue bonis operibus, ut uides cap. sequenti. Hæc sunt impietas & idololatria uera, qd̃ dei solius est tribuere creaturæ &c. Omnia ergo uiribus dei & dei promissioni tribuenda hic docet Moyses, quid queso aliud discis in nouo testamento? Vide ergo locos scripturæ qui dicunt de reddendo pro operibus, quo spectent &c.

Quod ipse &c.

Heb. Quod ipse est qui prebet uires tibi ut possis, ut impleat pactum &c.

Sicut gentes.

Non respicit nomina deus, non est acceptor personarum. Nihil tibi prodest q̃ diceris Chrysanus si non credis Christi uerbis.

CAPVT IX.



Hoc caput similiter ad primū praeceptum pertinet, sicut omnia eo pertinet quae in omni scriptura dicuntur de fide et timore dei et quod in nullo sperandum nulli; iustitia tribuenda sit quā deo etc. Primū ergo fidem tentat, ut supra diximus, Audi Israël etc. Deinde eandē cōfortat, Scies ergo etc. Tertio usque ad finē capitis imprecatur populo peccata ne peccatorū obliuiscantur ut se iustos

Ne dicas &c. Breuiter. Sicut supra (putent. contra uires nostras ita per totū hoc caput insigniter contra iustitiam humanam agit.

Hodie] significat in hoc tempore, sicut cras futuro tempore, supra cap. 6. Nam in illa die qua locutus est haec Moyses non sunt transgressi Iordanem.

Deus est ignis,

Horrendus contemptoribus et incredulis siue Iudaeis ut supra cap. 4. siue gentibus ut hic. Ideo Heb. 12. dicitur. Quapropter regnum assumentes etc.

Ne dicas in corde tuo &c.

Insignis locus contra humanā iustitiam, sicut et supra dixit cōtra humanas uires, ut maneat soli gloria deo, Omnes enim peccauerūt et egent gloria dei. Et si Abraham ex operibus iustificatus est etc. Ro. 4. Primum oportet scire quod omnia non nostris sed dei uiribus et bona uolūtate fiant. Ps. 50. Benigne. Item, Scuto bonae uo-

Deinde q̄ hęc ipsa faciat non propter merita & iustitias nostras, de illo supra, de hoc nūc sic dicit, Ne dicas in corde tuo cū &c. Moyses hęc probat sic primo, gentes istę impie egerunt, ideo iusto dei iudicio deletę sunt. Ergo nō propter tuā iustitiā deletę sunt sed propter suam iniustitiā. Secundo. Tu illorū terras accepisti propter promissionē & iuramentū dei. Ergo nō propter tuā iustitiā sed propter dei iustitiā. Tertio. Durę cervicis es populus cuius & patres in deserto ob iniustitiā perierunt, quę est ergo tua iustitia? Hic potius tua iniustitia meretur dānationē &c. Hoc tertium iam diligenter urget Moyses, ut nō obliuiscātur, usq; ad finem capitis. Nā hic oīno, nisi cęci sumus, uincitur hypocrisis nostra, quę enim sunt nostra opuscula bona ut gloriari audeant si respiciamus in impietatem totius uitę

Contendisti. (nostrę? &c.

Heb. Amarus uel amaro animo fuisti. Ista est impietas nostra contra legem dei, uellemus legem non esse &c.

In Oreb. Hoc erat peccatū uituli aurę id quod statim exponit dicens. Quando ascendi &c. Vitulum aureū adorant qui sua cōmoda dei ueritati pręferunt. psal. Et cōmutatauerūt gloriam eius in &c. ps 105

XL diebus &c.

Christus semel abstinuit. XL. diebus & Helias, Moyses ter, ut in hoc ca. & sequēti uides. Miracula spūs sunt, nō quę homines possint imitari. Stulte ergo infertur.

Ergo nos debemus. XL. dies ieiunare, sed unde probabis q. debemus singulis annis? Et si ex facto sanctorum uis facere præceptū (ut nō dicam quod hoc impiū est) iam. XL. diebus & noctibus non debes edere & bibere. I nunc & gloriare stulta hypocrisis de tuo ieiunio ex imitatione Moysi & Christi &c.

Duas tabulas. De his supra diximus & addimus aliquid forte cap. sequenti.

Omnia uerba &c.

Et infra Tabulas fœderis, ut intelligas in decem præceptis contineri dei uoluntatem & nihil aliud à nobis requiri. Reliqua omnia externa quæ lex habet sunt ad tempus correctionis imposita. Externū sabbatum ipse Christus fecit nobis liberum, quem Moyses iubet audiri infra cap. 18.

Dimitte me.

Vide quid ualeat deprecatio iusti assidua de qua Iacobus. Dominus se teneri dicit ne irascatur & cū hoc uerbo uideatur Moyses prohiberi ab oratione, potius inde accipit orandi fiduciā, sentiens ex ipso prohibendi ut apparet uerbo dominū teneri posse &c. Sancti itaq; tunc iræ dei se opponunt cum ab ipso animū opponendi accipiūt. Contra queritur Esaias ca. 44. Nō est qui inuocet nomen tuū, qui consurgat & teneat te.

Vt conteram &c.

Hic significabat dominus futurū (quod nunc uidemus) ut penitus

ut penitus abiecto incredulo Iudæorū populo uerbum dei susci peretur à gentibus credētibus, quam psalmus saepe uocat ecclesiam magnam &c.

Proieci. Zelus fuit Moysi pro domo dei, quem admodum Christi, quando eiecit e templo ementes & uendentes. Recte fregit. Indigni enim erant dono dei qui datorem blasphemabant, nec cōueniebat margaritæ porcis & canibus proijcere, Ita uerbū non debet prædicari blasphemantibus uerbū, tamen pro eis orari ut à blasphemia resipiscentes uerbū suscipere quæant. In altero pro deo agimus, in altero pro proximo etiā

Et procidi &c. (inimico.

Non opera hic respexit dominus, quæ certe etiam non fuerunt humana, sed fidem Moysi. Idcirco addit, Et ex audiuit me dominus &c.

Auersus Aaron. Vbi sunt nostri qui dicunt summū pontificem errare non posse? Aaron erat certe ordinatione & uerbis dei summus populi pontifex constitutus. Sed uide hic q̄ Moyses mediator figurā habet mediatoris Christi, coram domino uere, sed non unctus sacerdos qui tamen ceteros unxerat, portans iniquitatem non solum populi sed etiam sacerdotij cuius erat pro peccatis populi exorare.

Ignem combussi,

Ne reliquæ manerent scandalo posteris, secundū præceptum de sculptilibus gentium supra cap. 7.

D

In incēdio] Nu. 11. Et ī tentatiōe Nu. 20. Et in sepul-
chris cōcupiscentiæ Nu. 11. Et quādo misit &c. Nu. 13.

Contempsistis &c. (G. 14.

Heb. Amaricastis os domini dei uestri. Contempti uer-
bi eos arguit. Non possunt non esse rebelles uerbo in-
tus in corde utcūq; aliud foris simulent qui spiritū dei
non conceperunt. Vide supra cap. 5.

Sic recte oramus pro nobis quando oramus ne deus
intueatur in nostra merita aut iustitias, sed in opus mi-
sericordiæ suæ, in promissionem suam, ne blasphemetur
nomen sanctū eius ab impijs si derelinquat nos in
peccatis nostris qui sepe audierunt nos de misericor-
dia eius gloriari &c. Et ita tota nostra oratio desti-
nabitur ad dei gloriam. Contra hypocritæ orando ut
maxime non dicant tamen sentiunt. Non sum sicut cæ-
teri hominum &c. quorum (ut in psal. dicitur) ora-
tio fiet in peccatum.

CAPVT X.



Hoc caput spiritualibus indiget oculis ut
uideatur. Lex prius fracta instauratur.
Sacerdotum uetus moritur. Sacerdoti-
um nouum in Leui indicatur Legem esse
spiritualem clare ostenditur, & gratia dei commen-
datur. Ex quibus fluit fidei charitatisq; prædicatio,
quæ est summa omnium prædictorum.

Videamus mysterium secundarum tabularum. Primæ fractæ sunt quia ad legendum datæ erant, & litera occidit, Nō potuit seruari mandatū nec seruatum est, ideo necesse erat aboleri literam quæ solū præcipiebat, nō etiā faciēdi dabat uirtutem, Hier. 31. Pactū qd' irritū fecerūt Heb. 8. &c. Iubentur ergo secundæ fieri similes prioribus, quia idem uultus, eadē species uidetur esse ubi lex seruatur secundū spiritum & ubi secundū speciem, imò hoc se præferre nititur quasi magis diuinū q̃ primas tabulas dederit deus, secundas fecerit homo, & non respicit hypocrisis q̃ non hoīs est qd' fit uerbo dei iubente. Hic rursum dominus scribit sed iubet poni in arcam ex lignis imputribilibus factā. i. abscondi intra ecclesiam quā illa arca dei habitaculum figurabat ubi propiciatoriū est Christus. Hic iam non legitur litera sed sacramentū in arca seruatur. Quo significabatur futurū ut ministerio prædicatorū uerbi dei scriberet ipse deus legem in corda nostra. De utraq; lege dicit Hieremias, exponens nī fallor mysteriū tabularū &c.

Verba decem.

Vides quod antea monuimus, nihil aliud à nobis requirī. Reliqua fuerūt externæ ordinationes tamē dei sed ad tempus secundū personas & locos &c.

In Moseram,] uel uersus Moseram.

Aaron mortuus.

Illud sacerdotiū quia ab hominibus tenebatur, morie-

batur & indigebat successione, & sicut erat illud sacerdotum ita erant quoque sacrificia & opera illius sacerdotum, alia alijs succedebant & non erat ipsorum eo tempore finis, ut notaretur eorum imperfectio. Sacerdotium autem Christi non moritur & non indiget successione, cuius & omnia opera & sacrificium semel oblatum perfecta sunt & sanctificant in eternum sanctificatos. Qui ergo illa repetenda dicit Christum imperfectio- nis accusat, & qui surrogat ei sacerdotem Christum mortuum fatetur. Quod uero & nos omnes sumus sacerdotes in Christo sumus, qui iubet & nos quidem accedere ad deum sed per ipsum. Petite, inquit, in nomine meo. Sed neque nos indigemus successoribus, nostrum sacerdotium sic manet eternum nostrumque sacrificium sic eternum ut Christi. Quæ enim eius sunt nostra sunt omnia &c. Vide ephi. ad Heb. Ex psal. 109.

Separavi tribum leui.

Tribum leuiticam tunc suscepit dominus sibi seorsum pro primogenitis filiorum Israël. Nu. 3. Oblatio primogenitorum hoc significabat offerentibus, ut agnosceret omnia esse dei cui initia offerentur &c. Iam uero primogenita hominum remittebat deus oblata, sed in locum omnium uoluit suos esse leuitas, ut per hoc agnosceret se omnes esse deo oblatos, & se omnes in leuitis esse ministros & sacerdotes dei. quod enim leuitæ dabantur deo, pro populo dabantur, quod offerebant, noie

populi faciebant, Vnde dominus omneis uocat regnū
sacerdotale & gentem sanctam, Exo. 19. quemamodū
& Petrus nos uocat sine dubio, repetens ex lege. Et hic
infra legis omnis separatos domino. En, inquit, domi-
ni dei tui coelum est &c. Hi ergo nostrū in Christo sacer-
dotium immo & ueterū illorum significabant. Omnis
enim pij ab initio mundi uocati sunt ut benedicant do-
mino, id est, sanctificent nomen eius, & non habeant
possessionem in terris qui possident dominū, in quo ha-
bent omnia, & ne obulum quidem possident quem nō
agnoscant sese ē manu patris dei accipere, neq; adeo
charum quid habent quod non ipsius uoluntati permit-
tunt. Sufficit eis q̄ habent dominū. sic David dixit, Ad-
uena ego sum apud te &c. lege Heb. 11. de Abraham,
Isaac, Iacob &c.

Et nunc Israel &c.

Iste est uer. dei cultus timere, diligere & obseruare
eius uoluntatem toto corde. Ro. 12. Vt sciatis quæ sit
uoluntas dei &c.

En domini.

Hic locus electionem & gratiā dei cōmendat, de qua
Ro. 9. Ephe. 1. ut confundatur meritorum prædicatio,
contra locutus est Moyses cap. superiori.

Circumcise &c.

vel hoc uno loco disce quā. contemnat Moyses om-
nia opera legis externa (quemamodū & reliqui pro-
phetæ) si non fiant spiritu. In omnibus legis operibus

primū & summū erat circūcisio quemadmodū apud nos baptismus. Ergo si quod summum est in carne sine spiritu nihil est, quis aliquid faciet reliqua? Ro. 2. Non qui in manifesto &c. Vides Itaq; Moisen dicere cū prophetis quod Paulus dicit. Quicquid nō est ex fide peccatū est. Fides facit legem, non manus siue opera, lex enim spiritū requirit. Ex toto corde, inquit &c. Ne uero stulte tuo libero arbitrio aliquid arroges cū audis, Circūcidite, & ne induretis &c. scito præceptū esse sicut alia quæ nō implentur tuis uiribus, 1ccirco infra cap. 30. ostendit unde hanc spiritus circūcisionem accipias dicens, Circūcidet dominus deus tuus cor tuū & cor seminis tui, ut diligas dominū deū tuum, ex toto corde tuo & in tota anima tua ut possis uiuere &c. Porro circūcisionem sepe audis in prophetis qui uocant Incircūcisos labijs, incircūcisos auribus, sed circūcisio cordis, omnem simul cōplectitur circūcisionē spiritualem, quæ plane nihil aliud est quàm mortificatio, ut à carnali sensu & sapientia rationis nostræ paulatim decidamus ut locum habeat uerbū dei quæ est sapientia & iustitia uera &c. Hanc significat scriptura quotiens de corde mūdando loquitur &c.

Quia dominus] Terret legislator, ne deū cōtēnāt.

Facit iudiciū

Pro pupillo & pro uidua, id est, defendit causam eorū.

Amat peregrinum, id est, aduenam, quo significatur

omnis qui est humano auxilio destitutus. Vide quo re=
spiciat Moyses. Qui habent incircūcisum cor & durā
cervicem ad audiendum & suscipiendū uerbū dei, ut
fidem non habent ita quoq; non habent charitatem, ut
sentiant contra deū, ita etiam agunt cōtra proximū,
quē contēnunt, non adiuuant, ei obloquūtur, iniuriā
faciunt, non iuste iudicant, sinunt opprimi, adulantes
potentioribus & ditioribus licet iniustis &c. Id quod
hic lege prohibet ni uelint dominū habere hostem sibi.
Quin agite, inquit, potius sitis peregrinis & indigen=
tibus quēadmodū olim cupiſtis uobis fieri in terra ali
ena (quæ est lex charitatis) & ita facite alijs quemad=
modū fecit uobis dominus, id quod circumcisi cordis
deōq; grati erit officiū, Deus in tua in proximū chari
tate quærit tuum lucrū. Si non dederis egenti, tamen
deus dabit ei uictum & uestitū & habebit quo indiget
absq; te, & tu maledictioni subiacebis &c.

Et dat ei.] Heb. ut det eis. [Sicut astra.] Gen. 15.

CAPVT XI.

Vult deū cognosci ex operibus eius, multo
uero magis ex uerbis eius, & credentibus
uerbo benedictionē domini promittit, nō
credētibus maledictionē cōminatur. atq;
hæc est summa. [In Heb.] Obserua obseruationes
& statuta & iura & præcepta &c.

Filiorū & posterorum meminit, quia his per patres uult omnia notificari, sicut infra uides. Docete, inquit, filios &c. id quod & supra dixerat.

Disciplinam domini.

Vocat opera (ut uides) quæ fecerat dominus, per quæ erudierat eos q. deus esset qui iudiciū ferret in impios, & pater esset illorū quos susciperet. Comparat uero primū Aegyptios cum Hebræis, & illos ait perditos, hos seruatos. Deinde Hebræos inter se, hoc est impios Hebræos cum pijs, & illos ait absorptos terra, alios aliter perijsse, hos uero seruatos, ne hic hypocrisis fucum haberet. Nos sumus Hebræi, propterea seruauit nos dominus, cum supra dictum sit in primo præcepto. Faciens misericordiam &c. Præterea sunt in his mysteria quæ scriptura nobis cōmendat. Transitus maris rubri & præcessio nubis, figura baptismi Christiani est quo baptizamur aqua & spiritu sancto. 1. Co. 10. Hic perit Satanæ regnum, seruatur dei populus. Seditio & plaga Dathan & Abiron, iudiciū est in eos qui cum ex populo dei uideri uolunt, & tales ut cæteris præferantur, seditionē mouent contra uerbū dei, suæ sapientiæ & iustitijs innixi, quos tradit Paulus Satanæ ut discant non blasphemare. Petrus uocat, Sectas perditionis &c. Quibus & psal. imprecatur, Veniat mors super illos & descendāt in infernū uiuētes &c.

Lacte & melle manantem.

Id est omni copia uictus abundantē, sicut clare uidēs,
Nu. 13. Venimus in terram &c. De pluuiā dicens,
hoc significat, Terra quidē omnia fert abunde, sed be-
nedictione domini ē coelis, idq; adeo manifeste ut nega-
ri non possit. Nam pluuiā ē cōelo irrigatur, non edu-
ctis super agros aquis ex fluminibus, id quod fieri nō
potest, nam montosa terra est, quemadmodū in Aegy-
pto eductis ex Nilo & fluminibus aquis fecundatur
terra &c. Cum ergo illic omnia ē coelis expectanda
sint, ipsa etiam necessitas admonebit te dei tui.

Semper inuisit, Id est nisi ipse illic pro modo
singularū anni partium temperet omnia ē coelis, iam
frigus, iam calorē, iam pluuiā, iam serenitatem &c.
tribuens, terra quā alioqui fluit lacte & melle nihil
proferet. Hic profecto textus admonet totā Germaniā
fidei & fiduciā in deū de uictu, ut taceam alias regi-
ones. Contēnentibus uerbi dei uenire famem, scriptu-
rā saepe testantur.

Temperaneam & serotinam.

Nihil aliud est q̄ apto tempore et cōmodam pluuiā.
Hieronimus ferē semper transfert temporaneum ubi
matutinum oportebat transferri.

Ponite. &c. *Supra ca. 6.*

Quādiu &c. Heb. Secundū dies cōeli super terrā:
Si enim non abiccissent uerbum dei, adhuc hodie ha-
berent illas terras qui iam nullas habent, ut uideamus

uerbum dei quod cōminatum est eis esse uerax.

Si enim.] Hæc rursum est benedictio obedientibus uerbo, de qua & ante diximus. De maledictione super Garzim & maledictione super Hebal, uide infra cap. 27. & 28.

Oīs locus, scilicet trans Iordanē. His carnalibus significabat dominus ut nihil diffidamus, tantū enim accipiemus quantū credere possumus, quantū sensus humanus non capit. Vide hanc promissionem & Iosue. 1. Sicut illis ampliavit terram, ita credentibus ampliat iustitiam, ut crescant ex fide in fidē, ut interim nō dicam q̄ credentium est omnis terra & quicquid est creaturarum, sed per fidem.

Termini quatuor terræ promissæ. Ad meridiē desertū Arabiæ. Ad aquilonē mons Libanus. Ad orientem flumen Euphrates. Ad occidentē mare magnum siue mediterraneum. Quæ omnia non possiderunt, nisi sub Dauide & Salomone, ut ueritas uerbi dei uideretur q̄ dare potuit quod promiserat, & auferre æquo secundū uerbum quod prædixerat &c. de quo supra diximus ex Iudicum. 2. & 3.

Terrorē.] supra ca. 2. Qui putātur fortiores nobis aduersarij ueritatis trepidāt & timēt si uideres eorū corda &c. Iuxta uallem &c.] In Heb. tantū est iuxta uallem Moræ.

Super mōtes ponūtur benedictiones & maledictiones, ut etiā ipsi montes sint harū monumēta posteris.

Sic Iacob erigebat tumulū testimoniū, Gen. 32. Et duæ semis tribus altare ad Iordanem.

CAPVT XII.



Mides quæ uelit Moyses oīa fieri ex fide, sine qua oīa opera etiam legis sunt impietas. Quid enim hactenus dixit quod nō ad fidem attineat? Necessse erat hoc ceterū fundamentū præstrui anteq̃ de legis operibus aliquid meminisset, ut legis hypocrisim condemnaret quæ in opera respicit relictā fide, cum tamen omnia alia sine primo præcepto nihil sint, quid enim deum coles si deum non habes? Iam uero cum singulares sūt leges usq̃ adeo à primo fundamento non recedit, ut clare ostendat totum ædificium illi fundamento inniti. Alioquin cur in primis contra idola scriberet & de loco cultus dei? Item, cap. sequenti de falso propheta & seductoribus &c. Tota uero lex Moysi secundū Christum in duas leges diuisa est. Altera est, Diliges dominū deum &c. Altera, Diliges proximū &c. illa prima tabula, est hæc secūda. In his est regnū iustitiæ dei. Omnia uero & tam multiplicia legis diuinæ opera externa sunt signa tantū internæ iustitiæ, quibus ostenderunt pii sese credere deo, sese diligere proximū, Hypocritæ autē relictā ueritate, ex signis quærebāt ex lege cōtra legem iustitiā, de quo supra monuimus. Iacobo qui spi

ritum habebant sic omnia faciebant quia uerbū dei ita uoluit ut tamen ubi necesse erat in externis dispensaret, ut Dauid qui cū suis edebat panes propositionis. Item, externa cogebat sæpe necessitas omittere, infirmus non potuit adire Hierusalem ter in anno, item in captiuitate Babylonica non potuerunt sacrificare & festa celebrare principalia &c. De diligendo uero deo nulla unq̄ fuit dispensatio, sed neq; de diligendo proximo nisi q̄ contra deum diligere proximum lex uetat, id quod iā nō esset diligere sed odisse salutē eius &c. Hinc facile uidere licet quæ lex fuerit æterna, quæ nō, quæ ad spiritū attinet æterna est, quæ non pōt nisi spiritu libero impleri, id qd' est iam legē non esse legē, quæ uero ad opera externa respicit, personis, rebus, tēporibus, locis alligata, iam oīno nō ligat iustitia spūs reuelata, quæ opa ne Iudæi quidē hodie obseruāt nec obseruare possunt, nisi uelint facere cōtra legē bis impij &c.

Subuertite. Primum externorum operū est de alieno cultu dei subuertendo quem ex dei uerbo non potes scire an deo placeat. Id quod illi gladio & igni fecerunt, nos gladio spiritus facere debemus, ut omnis superstitio ē consciētis hominū cadat, alioqui nisi uerbo oīa extirpaueris facilis erit ad uomitum reditus, de quo diximus supra ca. 7. Atq; hoc est quod ne noīa quidē idolorū superesse uult in locis illis, ne monumētis superstitibus redeant ad errorē uel ipsi uel posteri.

Non facietis ita.

Secundum opus externū cum primo cohæret imò ex eo sequitur, nempe ut, extirpato cultu quem deus non uult, colatur ritu quo ipse præscribit, ne scilicet quisq; sibi eligat hunc uel illū modū colendi deū, ut unicuiq; rectū uisum fuerit, ut nostri hodie hypocritæ faciunt, sed suscipiat cum modū quem ipse dominus suo uerbo iubet & eū obseruet nō hic aut illic ædificando sacella sed in uno tantū loco quē ipse elegerit. Atq; hoc agit usq; ad capitis finem, prohibens ne sic sentiant. Gentes sic colunt deos suos ergo & nos sic colemus non deos earum sed dominū deum nostrū, quod illæ ad impietatem, nos uertemus ad pietatem. Istam prudentiam carnis & sapientiā animalem quæ hodie, ut & tunc, regnat, nō uult deus, & simpliciter uult ut nō sequamur adinuentiones humanas, sed uerbū suum. Habes itaq; in hoc cap. q. extirpatis è conscientijs hominū per uerbū dei falsis opinionibus iustitiæ, docendi sunt colere eum uerè secundū uerbum eius, quod hodie nihil nobis præscribit quàm ut credamus in eum quem ille misit, qui nunc uult in spiritu & ueritate adorari non Hierosolimis aut externis sacrificijs &c.

Sed ad locum &c.

Arca domini primo fuit in tribu Ephraim in Silo cum tabernaculo domini plusquā tricentis annis, quē locū abiicit dominus, ut dicitur Hiere. 7. & psal. 77. Et re

pulit tabernaculū Ioseph & tribū Eph. &c. Tempore uero intermedio postq̃ à Philistæis arca capta & redi-
cta est. 1. Reg. 4. &c. usq; ad illud tēpus quando Dauid
reuelatiōe diuina induxit eam in Hierusalē & post eū
Salomon in templū, translata est ad diuersa loca, &
ideo non in uno loco sacrificatū, inde non licuit alibi
nisi in Hierusalē sacrificare, quia hic erat locus quem
elegerat dominus. 2. Para. 6. Atq; hoc ideo, q̃a caro per
sapientiā animalē & hypocrisim non potest se contine-
re quin adinueniat semp̃ aliquid noui cultus diuini in
locis diuersis, operibus, & diebus, quēadmodū hebrai
uidebant in gentibus, quēadmodū uidemus in nostris,
antiqua fastidimus prae nouis, ut oīa superstitione reple-
amus & insuper impietate dū in talia cōfidimus. Accir-
co deus hoībus cōsulens, externū cultum non abstulit,
carnales enim aliū intelligere nō potuerūt, sed lege eos
coercuit ut non fācerēt secundū suam, ut uocāt, bonā
intentionē quod ipsis rectū & sanctū uidetur, sed se-
cundū uerbum dei, ut nō passim sed tantū in uno loco
sacrificarent & ter in anno cōuenirent &c. Vt sic deo
curante qui uidebatur carnalis externusq; cultus, nō
esset corā deo in pijs carnalis sed interior & spūalis,
nēpe qui scirent sese nihil facere secundū suam uolun-
tatē sed oīa secundū dei uolūtātē, de qua certi erāt in
uerbo eius, Hi nihil confidebant in illis operibus, quia
uerbū dei hoc nō continebat cui nō potuerūt addere,

sed confidebāt in uerbo dei cui credētes iustificabātur
ut nos, & ita ipso externo cultu discebāt adorare deū
in spū quæ est adoratio uera. Alij uero respiciebāt tan-
tū in opera &c. ut supra diximus. Præterea quia pro-
pensus erat ille populus ad carnalē cultū & ubi nō est
spūs illic non pōt aliter esse, dominus deus suo uerbo
tam multiplicia illis præscripsit opa ut ne liceret quidē
illis ad alia diuertere, ut ita uel ipsa occupatiōe tam u-
ria continerētur in uerbo dei donec spū crescerēt. Ex
his uides nostras adinuēctiones quibus ascribimus iusti-
tiā mere esse gētiles & impias, quæ nos auocāt à spū sē
dei ad quā opera legis prouocabāt, illa requirebāt uer-
bū dei, nostra nō solū nō habēt sed etiā abijciūt. Porro
his significatū est iustitia spūs reuelata iā amplius ex-
terna lege nō esse opus, secundū interpretationē oīa
ferē pphetarū qui legis hypocrisim secundū legē dam-
nāt. Quid enim est ista loci præscriptio quā q̄ cessante
loco cessare necesse sacrificia externa? & si sacrificia
externa quæ deus mādauit nō erūt necessaria, ne cate-
ra quidē externa necessaria sunt quæ eque deus mādauit.
Manebūt ergo solū illa præcepta quæ ad spiritū at-
tinēt quæ continētur in decalogo à deo scripto, quæ ne
ipsa quidē amplius præcepta sunt si spū seruētur, quia
ubi spiritus domini ibi libertas, quæ tamē libertas sub
inde augefcit dum subinde crescimus spū, perficietur
autē dum à carne absoluti fuerimus, ut nemo securita-

te quasi satur retrocedat, Beati enim qui esuriunt &c.
Præterea uno loco & uno populo illic cōgregato sig-
nificabat deus unā ecclesiam absq; sectis, quæ oīa agat
secundū uerbū dei, extra quā nihil gratū deo. Hinc &
in scripturis per Hierusalē, Sion, templū, populū Isra-
ēl, Iacob, Iuda, filios Abraham, credētes significantur.

Vt ponat &c.]. i. ut ibi inuocetur. [Et habitet]
secundū promissionē. Exo. 25. & 29. & leui. 26.

Victimas. sicut & infra hostias, uocat oīa alia
sacrificia præter holocausta. Holocausta incēdebantur
& tota cōburebantur deo in odorem suauitatis, sicut
dicit lex in leuitico. Ego quid dicerem illū nitorem nisi
foetorē? sed per hoc acceptatio dei significatur, qui dici-
tur id sentire quod ipse facit sentire credētes. Odor er-
go suauitatis ex sacrificio uenit, dum deus offerentium
corda cum iucūdo affectu facit sentire dei acceptiōē.
Sentit hic cor deū, & afficitur dulcedine spiritus, quan-
do deo gratū credit nostrū opus, nostrāq; doctrinā.
Hoc holocaustū uere factum est Christus qui obtulit se
metipsum deo patri in odorem suauitatis. Ephe. 5. pro-
pheta nobis holocausta & sacrificia iustitiæ cōmen-
dāt, ut quicqd facimus ex iustitia. i. fide faciam⁹, et nihil
iustitiæ nobis sed omnē iustitiā deo referamus acceptā.

Qui primitias manūū suarum, id est, laboris sui &
primogenita offert, agnoscit non hæc solum sed & se-
quentia esse dei, id quod & decimis testatur &c.

Vold

Vota] in lege nulla erant, nisi quæ statim potuerūt
solut. Vnū perpetuum legis, *Leui. 27.* quod iubet deus
mutari. Nouit enim quid hoī profit qui condidit &c.

Donaria] sunt spontaneæ oblationes, nō lege præ
Comeditis &c.] quid ista aliud uoluerūt (ceptæ,
q̄ ut cum bona conscientia lati & gratias agentes utā
mur in conspectu domini creaturis eius, sine sollicitudi
ne acquirendi, sine cogitatione perdendi, sine cōscien
tia peccati, sine timore inimicorū, ut omnis uita nostra
sit læta et grata deo, quemadmodū docet Ecclesiastes
& Paulus, & Christus? Hypocritæ aliter, qui tandem
dicūt, blasphemātes, *Mala. 3.* Vanus est qui seruit deo
& quod emolimentū q̄ custodiuius præcepta eius,
& ambulauimus tristes corā domino exercitū &c.

Atq; leuites.] Hodie uerbi ministris debetur uictus
ex labore alieno, reliquis non, nisi qui non possunt pa
rare sibi &c. Si autē.] Hoc addit ne ex prædictis
uideretur eis prohibitus usus carniū extra Hierusalē.

Siue immundū. Ne intelligeres de immundi
cia, quæ phibita est edi. *Leui. 11.* Expressit noster trans
lator id quod est in Hebræo, intelligi scilicet de immū
dicia uel mūdicia, quæ respicitur ad immolandum.

Sicut capream & ceruum,
quæ eduntur & non immolantur.

Absq; esu sanguinis] de quo infra dicemus statim.

Non poteris. De hoc loco dicam cap. 14. Vide

tur enim legi Moysi aliās lat. e contrarius.

Quādo dilatauerit &c. In necessitate domi-
nus dispensat & dispē sari uult de lege sua in rebus ex-
ternis, significans se aliud in lege requirere & omnia
esse pro salute nostra, quæ carni damna uidentur, ita
tamē ut etiā in dispensatione nō obliuiscantur ē cuius
manu accipiāt beneficiū. Nam infra hæc interpretatur
ca. 14. ut scilicet preciū primitiuorū feratur in Hieru-
salem &c. Et mūdus & immūdus.

Hæ mundiciæ & immūditæ erāt meræ carnales, Im-
mundus reddebatur aliquis ex contactu mortui, mor-
ticini, menstruæ mulieris &c. Huic non licebat edere
ex pacificis imolatis, Leui. 7. Hoc significasse uidetur
spūs dei, & immundi. i. qui nondū sunt fide purificati
pctōres, qui tamē sunt ex familia nostra. i. nō contem-
nūt uerbū, non sunt à nostro cōuictō abijciēdi alioqui
quō cōuerterētur per nos ad deū? Et certe illi immūdi
cupiebāt mūdificari. Ita & Christus edebat cū publi-
canis & pctōribus. Et Paulus dicit, Si quis infidelium
uocauerit uos ad cōnā, ite. Hoc tamē eis prædicandū
& nisi fide purificati fuerint non erūt membra Christi
sue ecclesiæ, quia illis immūdis non licebat ingredi in
templū celebrare phasē &c. Qui autē nolunt mūdi-
ficari, eiiciendi sunt, ut erubescāt secūdū Paulū. Vnde
est sententia Christi. Sit tibi sicut Ethnicus & publica-
nus. Et Paulus, Cū hmōi nec cibū sumite, donec respici-
scat.

Ne sanguinem.

Hoc præceptū iam dederat dominus post diluuium, quemadmodū & multa alia obseruata leguntur ante legislationē Moysi, ut de mundis & immundis animā tibus, de sacrificādo, de primogenitis, decimis, hostijs pacificis &c. quæ à patribus olim per manus acceperunt posteri, iam uero serè oblitterata, imò penè in idolatriā uersa, uerbo domini innouantur ne quid fiat ab ipso populo absq; fide uerbi dei.

Sāguinē uetuit edi, ut ipsa sanguinis abstinentia horrore faceret effundēdi sanguinis humani, ad qd' propensus est quisquis spū uacat, & ut manu mitis appareat, tamen nō obscurū est quī in pphetis uiri sanguinū nominētur, nepe qui uellēt quotquot de pietate recte sentiūt cōtra ipsorū cupiditatē esse perditos &c.

Anima in scripturis significat uitam naturalē quæ est in sanguine & sanguine effuso uel infecto moritur, nō enim pōt cōstare uita naturalis sine sanguine sano. Hinc anima in scripturis dicitur homo uiuēs, edens, bibens, dormiēs, faciēs aliquid. Hinc Paulus uocat Animalē hominē. Sic Christus dicit, Qui amat animā &c. Et ego pono animā &c. Spūs uero hoīs est qui pōt separari & à corpore & à sanguine, ut illic, In manus tuas cōmendo spīritū meum, quē spiritum philosophi animam uocant, quorū aliqui sentiunt animam, id est spiritum esse in sanguine, sed errant, nec habēt ex hoc

textu patrocinium. Et quia anima hanc uitam significat, sit ut nonnunquam pro uita spiritus, sed metaphoricè accipiatur, ut uidere licet sæpe in psalmis.

Hoc præceptum a deo, quod ad externam speciem attinet, infixerunt animis Iudæi, ut nisi gentes idem obseruassent cum eis in primitiua ecclesia nequaquam potuissent cum eis conuenire, qui ex Iudæis crediderant. Ideo scandali ratio & charitas postulabat, ut gentes à sanguine & suffocato abstinerent propter credentes Iudæos, ab immolatis uero non solum propter Iudæos, sed & propter infirmos fratres, & propter incredulas gentes, ne quid tribuere uideretur idolis. A fornicatione autem & propter proximū & propter dei præceptū. Omnia autem præceptū dei requirit &c.

Sanctificata. i. separata & uota deo, non uult nisi in loco sancto edi, ut differentiam noris inter ea quæ dei sunt, & ea quæ humana &c.

In conspectu dei non tuo.

Quia abominationes &c.

Quod lustrauerint filios per ignē, infra uides ca. 18. quod imitatus est Ahas. 4. Regū. 16. & Manasses ibidem. 21. Quod etiā occiderint Cananæi filios & filias dæmonijs & Iudæi impij in hoc eos imitati sint, habes psal. 105. Et immolauerunt &c. Hic credo operculum inuenisse Iudæos suæ impietati. Cur non faceremus sic, quod Abraham fecit immolando filium? Ita hodie qui

uere sanctorū uere opera bona, in speciem imitantur
 sine spiritu, ad quæ illi ducebantur spiritu. Illi per fidē
 & charitatem, quēadmodū Abraham qui iuebatur
 à deo. Nostri nulla necessitate aut utilitate proximi fa-
 ciunt sectas perditionis, ut dicit Petrus. Alij dixerunt,
 Cur non faceremus acceptum deo opus, quemadmodū
 & Iepthe dux Israël, qui habebat spiritum dei facie-
 bat, qui cōburebat uoto in holocaustum domino filiā
 suam. Iudicum. 11. Hi sunt qui uolunt imitari sanctorū
 errores, non uidentes uotum Iepthe non solum incau-
 tum fuisse, sed etiam impium, qui & postea non doluit
 se impie uouisse, sed incaute uouisse, ubi potius se quā
 deum respexit, tamen conscientia urgente, quia deum
 timuit, eodem errore compleuit quo uouerat, nō ad-
 erat illic qui moneret ut errati & nominis domini in-
 uanum assumpti ueniam postularet. Quæ hodie uota
 iactant non sunt dissimilia, nisi q̄ in maiorem impieta-
 tem exeunt &c. Immolantur & hic filij & filie ut à
 deo sint alieni, & in aliud confidant abiecto dei uer-
 bo, tamen per hoc iudicantur deo proximi futuri, sed
 unde sic iudicantur? ex humana opinione, somnio &
 mendacio, nō ex dei uerbo, imò uerbum dei tales u-
 sitas damnat, quid enim non damnaret mendacium
 ueritas? &c.

Volunt uotum

Supra in fine capitis dixerat, Quod præcipio tibi &c. ad quod respicit hoc totū caput, ne aliquid omnino admittamus quod uel uerbū dei nō habet, uel cū uerbo dei pugnat. Adeo uero uult nos perstare in solo uerbo, ut si etiam diuersa doctrina ediderit miracula non credamus. Habes hic textum unde internoscas inter falsa & uera miracula. Vera sunt si qui facit nihil aliud deprehenditur quā merum docere uerbū dei, falsa si contra uerbū iā dudum dei miraculis confirmatū, & si aliam præter uerbum dei uult docere doctrinā, per quæ tentat dominus fidem nostram, utrum ex animo stemus à uerbo eius. Fictis reuelationibus & signis Satane mēdacibus apud nos hæcenus plena fuerūt omnia, propter quæ secuti sumus ea quæ uerbum dei nō probat, imō etiam condemnat, quia non credimus ueritati sed mēdacio. Mendacium fuisse hodie tandē apparet. quæ huc pertinent uide. 2. Thess. 2. Seduciores & seducti secundū legem occidebantur, Nos tales statim occidere gladio uerbi dei debemus & conuincere eorum errorem, & detegere impietatem, si fieri potest, si non, debemus eos excommunicare & congregata ecclesia tradere Satane, ut discant non blasphemare, quemadmodū Paulus facere solebat.

Sed statim interficies,

Id est, statim accusabis ad interficiendū ne hic privato

iudicio agas. Nam sequitur, Sit primum &c.

Belial. i. absq; iugo, hoc est inobediētes uerbo dei.

Quare solícite. Hec lex docet nō temere iudicandū nisi caussa diligenter cognita. Sic & dominus descendit sepe in Gen. ad uidendū &c. qui tamen oīa nouit, ne etiā tu iudex subito, proferas sententiā in re tibi solū cognita &c. Omnia iubet cōburi ut ne memoria quidē impietatis supersit, facile enim carnales ad idololatriam cōmouentur monumentis impietatis. Vide quæ supra in fine ca. 7. diximus.

Non ædificabitur.

Lex est nō prophetia, sicut legis Iosue. 6. de Hiericho, quæ redædificata est. 3. Reg. 16.

CAPVT XIII.

Hoc caput à ritu & uictu gentium populū dei secernit, & in fine rursum de decimis, primogenitis & primitijs præscribit.

Primū dicit, Filij estis dei. Idcirco nō debetis gentiū superstitionibus cōtaminari. Gentilis autē superstitio est quicquid quasi sacrū absq; dei uerbo fit. Vnde Paulus ait, Ephē. 5. Estote imitatores dei sicut filij charissimi. Et. 1. Tess. 4. Vult ne ducamur sicut gentes quæ ignorant deū. Deinde, Gentes Aegyptiæ lacerabant manus uel faciem, defunctis amicis, sicut & de prophetis Baal dolētibus q non exaudirētur, legis. 3.

Reg. 18. Præterea faciebant caluitium inter oculos, ut ex Heb. legitur, id est, radebant supercilia. Atq; ista habebant signa luctus. Prohibet igitur dominus ne deturpēt se dei creaturam, ne gentibus similes sint &c. quæ exponit Paulus. 1. Tessa. 4. Nolumus uos ignorare de dormientibus &c.

Quoniā populus sanctus &c.

Id est, domino es cōsecratus, quod idem significat quod ante dixit, Filij estis &c. qui credunt uerbis dei, filij sunt & populus deo sanctus &c.

Te elegit] supra cap. 10.

Ne comedatis &c.

Vulgare est in lege de cibis mundis & immūdis, quin & ante legem Moysi latā munda & immunda erant, quæ lex q̄ infixæ fuerit animis Iudæorum testis sit uel historia Petri, Act. 10. Voluit autē deus hoc uictu fecerere populum suum à gentibus, unde factum est ut cōmune uocatum sit immundū quo omnes gentes uescerentur non Iudæi, mundū uero quo solo licebat uesci Iudæis. Recte autē mundum uocatur quo uteris secundū uerbum dei, immundū quod uerbū dei prohibet. Itaq; omnis quidem creatura dei bona est modo non contra uerbum dei utaris. Hic enim abusu est mala, sicut Adæ pomum, ut uideas & in paradiso mundorū & immundorū fuisse legem. Præterea isto uictu uoluit exerceri & tentari fidem illorum si forte quandoq;

uersarentur inter gentes, non minus quā nos tentamur hodie propter eucharistiæ sacramentū, quo quisquis secundū uerbum Christi uti uoluerit hæreticus dānatur &c. Gentes enim non ferebant discretum uictū Iudeorum, ut uides in Daniele. Item in septem fratribus Machabæis, qui non minus gloriose corā deo defuncti sunt persecutoris manu q̄ si nos propter nostra sacramēta, imò propter dei uerbum moriamur. Caro hoc stultum putat, sed dei ueritas manet &c. Sunt qui putant deum hac lege uoluisse consulere sanitati corporum, id quod tamen in omnibus prohibitis nō uidetur, sed satis clarum est ex textu hunc uictum ad sanctitatem non ad sanitatem corporum pertinuisse. Ad sanctitatem inquā non propter creaturā, quod esset impium, sed propter dei uerbum. Sicut sanctum fuisse Adā abstinuisse à pomo qd' proculdubio erat creatura bona.

Allegoria.

Quia uero dominus deus non solum uerbis, sed & factis docuit illum populum, non contemnendum, est q̄ hanc legem iudicat ad sanctitatem populi pertinere.

Primū constat cibum in scriptura esse uerbum siue doctrinam. Mundus cibus est merum uerbū dei quod nō pōt esse nisi ipsissima ueritas, de quo cibo supra cap. 8. Immundus, uerbum humanū quod necesse est esse mēdax, nā ex opinione uenit & animali homine qui non percipit ea quæ dei sunt, & omnis homo mēdax. Pro

mundus

Cibus

Immundus

mittit in hoc uerbo salutē, sicut & deus in suo uerbo, sed manet deus uerax, homo mendax. Verbum humanum dulcius uidetur sapere carni q̄ uerbum dei, sicut melius iudicabatur pomum uetitum cæteris, sed certe per suasionem diabolicam, De quo immūdo cibo & uerbo humano dictum cap. superiore. Si ergo uerbum dei ederis & tibi incorporaueris, mundus es per fidem. si uerbum hominū in re salutis, immūdu es per infidelitatem. Vult ita te deus mundū esse per fidē uerbi sui, dum iubet sola mūda edi. Talis enim es qualē cibum tibi incorporaueris, id est, uel sanus uel insanus. Idcirco istam mundiciem & immūdiciem quæ de cibis tuis dicuntur de te dici non dubitato. Tu uel mūdu es si de uel immūdu infidelitate &c. Id quod clare uides in historia, Act. 10. ubi deus ostendit Petro per oblatos in uisione cibos etiam gentes edendas. Animal ergo quod ruminat & simul ungulam findit mundum est. Ruminant qui uerbum susceptum meditantur iugiter. Diuisos uero pedes habent, id est, discretionem iudicij ut norint quod uerbum suscipiant ruminādum. Probate, inquit, spiritus num ex deo sint. Alterū sine altero condemnat lex. Pisces quoq; nisi pennulas habeant & squamas immundi sunt. Sunt autem qui eleuantur uerbo & assurgunt ad spiritum, item, qui non suscipiunt uerbum demergens & uexans conscientias, sed quod dei est erigens & liberans, sursumq; ata-

tollens. Nec uult deus sine squamis uerbum uel hominem, id est, lubricū quod teneri non possit. Sunt enim qui ad tempus credunt &c. Hic rursum alterum sine altero nihil est, ne sit uerbū tenax sine pennis, aut pennatum sine squamis. Ex auibus quicquid rapax est & coruini generis & noctis amans, & in terris nidificans & repens, id est frustra pennas habens, nō uult edi. Videntur enim multi uerbum dei habere & uolare sed sua etiam in uerbo querunt, ideo ea tantū producunt & suscipiunt quæ ipsorum uidentur cupiditati seruire. Item, alij libenter quidem uidentur audire uerbum & uolare, sed noctis sunt amantes, non deserunt quæ uerbum non sustinet. Alij uolant quidē etiam in die, sed in terra nidificant, uel alas habere uidentur, sed tamen repunt in terra. Hi sunt hypocritæ & qui innituntur suæ prudentiæ & iustitiæ, Sancti uidentur, sed non sapiunt nisi terrena, nisi animalem sapientiam &c. Verbum non habet ut uel in altis maneat, uel in altum erigantur &c.

Ro. 13

Tragelaphus, latine hircocerus, species cerui est.
 Pygargus, caprea syluestris filis Damæ. Plinius aliter.
 Oryx, ex caprarum genere est.
 Camelopardus est capite Camelo similis.
 Chirogrillus uel Chirogylius est erinaceus.
 Ixion, græce ἰκτινός, miluus est.
 Halcyetus, falco est.

Larus, latine fulica, duher.

Accipiter, Hauick.

Herodius, Reyer.

Porphyrus est pellicanus.

Nycticorax, Schuffüth Saxonibus dicitur. Alijs, Vhu.

Onocratalus, Rordomel.

Caradrius, Triuith puto &c. In terra nidificat.

Quicquid autē morticinum.

Quod mortis est ne tangito, ne dicam non edito. Verbum uitae uult. Et corrumpunt bonos mores colloquia

Peregrino.] Iniusta lex uidetur carni, sed (praua pro gentibus scripta est non contra gentes. Significabatur enim gentes ut non tenebātur ista lege, ita quomodo ad externas leges olim non cogendas &c.

Non coques.

In lacte matris, id est, dū adhuc sugit. Ridet caro legem dum deus non solum hominibus, sed etiā iumentis & brutis consulere uidetur sua lege, sicut & illic. Non alligabis os boui trituranti. Nunquid, ait Paulus, 1. Cor. 9. de bobus cura est deo? an propter nos utique hoc dicit? nam propter nos scripta sunt, oues & boues non legunt scripturam. Dum igitur consulit brutis sicut & de sabbato diximus nobis consulit nosque erudit. Qui non uult fraudari suo cibo bouem triturantem, non uult quoque fraudari mercenarium operis tui, ut uidebis in lege, multo minus operariū & doctorem uerbi sui. Illud ergo docet quid predicari debeat,

hoc quod de Hedo dicitur, quid prædicator tibi, imò etiam quid tu tibi. Primum hedus nutritur quidem ad mortem, sed dum adhuc fugit coqui non debet cum matris certe dolore & sine hedi usu. Secundū qui surgunt sunt adhuc infirmi qui non possunt adhuc intelligere omnia, aut fortiter stare in eo quod credunt, & qui adhuc multæ obnoxij sunt fragilitati. 1. Co. 3. Tertium, Mactantur & eduntur, qui uerbo iudicantur, & conuertuntur in mēbra nostra quorū caput Christus, ut uides ex uisione Petri. Quartum, Hæc mactatio & comestio est mortificatio illius quod est Adæ & transplantatio in Christū. Hæc nō subito fiunt, sed per totā uitam nostram baptizat spiritus in mortem & uiuificat in Christum. Quintū, Hæc igitur lex est, ut à paruulis in Christo perfectionem non exigas, nisi uelis eū cum dolore matris ecclesiæ occidere, id est, in desperationem adigere, expecta donec grandescat, donec mater secunda reddatur sui filij. Sic Christus portauit suos discipulos, sic Paulus suos Corinthios. Lacte nutriendi sunt donec ad usum apti reddantur. Quod contra faciunt qui à summo ædificare incipiunt &c. Sextum. Hæc lex præsumptionem illorū mortificat qui se offerunt ad Euangelium prædicandū, & ad moriendum pro Christo nulla necessitate, quasi iam perfecti sint, cū tamen parum habere fidei ipsa tentatio post declaret, Hos necesse est cadere ut Petrum. Non debemus no-

stra præsumptiōe inijcere nos in pericula, sed semper metuere nostræ fragilitati. Deus cum uoluerit, uocabit & dabit occasionem, & simul fortitudinē. Dominus dabit uerbum Euangelizantibus uirtute multa.

Decimā. De hac dispensatione, cū longior uia fuerit, diximus supra ca. 12. Verū quod hic & ibi dicitur de decimis & primogenitis cū familia edendis in loco à deo electo, nisi intelligas esum aliorū quæ cum decimis & primogenitis ad epulas instruendas attulerunt, secundū illud infra ca. 16. Oblationē spontaneā manus tuæ &c. Id est, non præceptā lege, sicut erant præceptæ decimæ & primogenita quæ erant sacerdotū & leuitarum. Et ibidem, Non apparebit ante dominū uacuus sed offeret &c. Et apertius. 26. Et dimittes eas &c. Nisi, inquam, sic intelligas, non cōueniet cū lege Moysi, quā sepe legis de primitiis & decimis & primogenitis. Verum istud nobis significauit spiritus dei, non sic offerenda quæ præcepta sunt, ut non offeras spontaneas quoq; oblationes, sine quibus quæ lege præcipiūtur nō sunt accepta deo. Hinc est quod psal. dixit, Voluntarie sacrificabo tibi &c. Et psal. 109. populi spontanei, Christiani uocantur.

Anno tertio. Hac lege charitatis cōsultitur omnibus indigentibus uictu, & consulitur sine nostro dispendio, nō enim hic sentimus aliquid decedere nobis, & insuper benedictio dei nobis promittitur si ita fice

rimus. Facillime consuleretur pauperibus qui habitāt nobiscū, si quisq; singulis annis decimā bonorū apud se reponeret hic multum iuuaret & nihil sentiret sibi decedere, quid si insuper tertio anno alteram reponeret decimam. Possent & ex his tributa solui principibus. Verum Christianis nihil hic præscribendū est qui semp sua oīa & se Christo debēt. Quā tamē utile foret ista prudentia inchoare quis nō uidet ex ista lege dei?

Vt benedicat, Id est, ut multiplicet & ditet te in oībus operibus tuis. Ex quo præter istam promissionem, & hoc clare uides, omnia opera manūū tuarum in quærēdo uictu, ut alia taceam, frustra fieri sine dei benedictione.

CAPVT XV.



Septimus dies, septimus annus, & septies septimus annus, id est quinquagesimus, erant deo sacri, ut agnoscas quare perfectionis numerus aut saltem multiplicatis sit septenarius nūerus in scripturis, ut illud, Septies in die laudem dixi tibi. Item, Eloquia tua argentū &c. Item, Septies cadet iustus &c. Item, Assumit septem alios spiritus nequiores se. Tria ergo sunt sabbata septenarij numeri. Primū, Sabbatum dierum quādo in singulis septimanis cessabatur ab opere eterno serui die septimo. Secundū, Sabbatū annorū,

*Tria Sabbata
7 → 7 → 7*

quo septimo quoq; anno qui erat cōpletio unius hebdomadae annorum, dimittebantur debita & seruitutes. Tertium, Sabbatum sabbatorum post septies septē annos, quando redibant possessiones & quisq; reddebatur suae familiae. Hoc sabbatum omnia habebat quae praecedentia, Hic erat annus quinquagesimus quē Iubileum Hebræi uocant, id est, annum remissionis. Primo, uacant corpora, ut mentes uacent deo, secundū illud, Vacate & uidete. Secūdo, remittuntur debita & seruitus legis per fidem. Tertio, redimus ad id quod in Adam perdidimus per filiorum adoptionem. Non enim solum redimimur, sed etiam filij dei & heredes constituimur. Hic est Iubileus per Christum. Vnde Petro dicitur, Non solum septies, sed etiā septuagies septies. Hoc est quod Esaias. 58. dicit de sabbato. Et requiem dabit tibi dominus deus tuus semper &c. Et ultimo, Et erit sabbatum ex sabbato &c. Hoc uero aduerte ne uideamur literam despicere, q̄ uoluerit dominus populo consultum his legibus. Primū secundū corpus & res externas. Nam tametsi benedictione sua promiserat se seruaturū & ditaturū eum populū, tamen & his legibus quasi ciuilibus eis consulebat, quae enim paupertas potuit esse in illo populo ubi ista seruabantur & summa legis aequitate siue moderatione oībus consulebatur? Deinde secundū salutem aeternā, ut ista beneficentia alij seruirent alijs &c. quibus &
hoc

Hec addidit pmittendo dominus ut benediceret benedicentibus, id est, daret datibus. Id quod & hodie facit & secundū corpus & secundū animā. 2. Cor. 8. & 9.

A peregrino. Iudæi fratrē & proximū tantū habebant secundū Iudæū, qui tamen iuebantur benefacere extraneo ut supra dictum, qui cōvincuntur ex parabola, Lucæ. 10. etiam Samaritanum esse proximū &c. Quod uero extranei non gaudebāt ista tunc libertate, durū quidem uidebatur, sed pro gentibus ut supra diximus, Hec scripta sunt, quæ ut tunc non gaudebant legis externa libertate ita nunc quoq; nō astringuntur legis seruitute. Nunc, ut diximus, quia oēs sunt proximi nostri qui uerē sumus populus dei in uerq; iam sabbato, non licet nobis repetere nostra & contendere in iudicio &c. 1. Cor. 6. Matth. 5. Ministri autem legis & iuris sunt propter eos qui nondū sunt in isto euangelij Iubilæo.

Et omnino indigens.

Non extrudes indigentem sed dabis ut non indigeat & mendicet, alioqui mendicare licet illi qui non pōt sibi parare uictū. Hec lex dānat omnes ordines mendicantium. Itaq; quod sanctissimū hactenus iudicauimus inuenimus nunc esse contra apertū dei præceptum. Ut interim de alijs taceam qui æque contra dei præceptū ex aliorum labore uiuere uolūt sine illorū utilitate, de quibus Paulus. 2. Tess. 3. Dignus enim est

operarius mercede sua, qui uero non laborat non man-
ducat &c. Damnat & omnes ciuitates quæ Christiani
no gloriatur titulo q̄ turpem in fratribus permittunt
mendicitatē, & perire fame sinunt qui mendicare ue-
rentur. Et singulis diuitibus. i. quibus superest quædam
modū Christus dicit, precipitur, Si unus de fratribus
tuis &c. Vbi diligēter attēde quā uelit ex fide & cha-
ritate fieri elemosynam cum monet. Non obdurabis
cor tuū &c. Caue ne forte &c. Nec ages quippiā calli

Non deerūt, supra lex fuit quādo (de &c.
dixit. Et omnino indigēs &c. Hic prædicit qd' futurū
est. Hic nō opus est quæstiōe quare deus nō oībus filijs
æqualiter prouideat. Tuo enī iudicio uidetur inæqua-
litas in prouidentia dei patris, Ceterū apud eū est æqua-
litas. Sicut enim diuites facit propter pauperes, ita &
pauperes facit propter diuites, ut illi misericordia &
liberalitate, isti patientia exerceātur, utriq; fide &c.

Foenerabis.

Positum est pro mutuū dabis. Promissio est benedictio-
nis domini, non lex. Quam propheta & apostoli ad
spiritū quoq; trahūt, si audierimus uocem domini dei
nostri abundabimus bonis spiritus & erimus domini
omniū peccati, mortis & inferorū, omnibus subiectis
nostris pedibus &c. Item dijudicabimus omnia, nos à

Cum tibi uenditus. (nullo &c.)

Ista est altera remissio septimi anni, opus certe non

contemnēdā charitatis in pijs dominis, & opus prouidentie dei erga seruos ne perpetuo à malis dominis præmerentur. De quibus & hoc præcipitur ne uacui dimittātur, & promissio additur sic facientibus, ut promissione deus trahat animum ne sola lex faciat hypocritā coacte faciētem. Et præterea ut nihil omitat addit. Memento &c. Vt cognoscas ita esse à te faciendum fratri quemamodum fecit tibi deus, ut supra quandoq; dictum.

Duæ remissiones septimi anni diligenter sunt nobis in spiritu cogitandæ. Non solum enim dimittitur nobis debitū i. peccatū ex Adam, sed etiam ita liberamur à legis seruitute & tyrannide ut amplius lex auctoritatem & ius dānandi nos non habeat ut maxime simus in nobis peccatores. Hæc est libertas in Christo. Felix conscientia quæ hanc intelligit.

Sin autem dixerit.

Lex ista libertatis pro seruis lata est. Vnde Paulus. Si potes liber fieri magis utere, si non potes non sit tibi cura. Recte ergo aufertur ab eo omnis libertas, ita ut neq; septimo anno neq; iubileo sit liber, qui libertatē dei audiens, propter suum cōmodū contempsit fieri liber. Iccirco & subula perforatur auris, ut signū habeat cōtra se nō audire dei libertatis. Ita & in spūali bus fit, qui hodie quasi ipsis salutare sit utile & cōmodum contemnunt audire libertatem Christianam ma-

nent in perpetua conscientiarū uexatione & legis seru-
uitute, ideo & in morte. Vnde monet Paulus de spi-
ritus libertate. Vos fratres in libertatem uocati estis,
nolite serui fieri hominū, id est, ne periculo conscien-
tie uestre seruite ulli creaturæ &c.

Primogenita masculina uult tantū deus,
ut oīa sequentia agnoscerentur esse dei, cui iam con-
secrata erāt initia & talia initia in quibus esset semen
posteritatis. Lex autem primogenitorū hominis respi-
ciebat in Christū qui est primogenitus in multis fratri-
bus, primogenitus ex resurrectione mortuorū, in quo
nos oēs sumus oblati deo, sicut Israëlita in leui &c.

Non operaberis.

Vult ne fraus fiat sacerdotibus atq; adeo sibi qui ista
iubet sibi offerri ut discant timere deum, & non ince-
dere duplici corde in conspectu dei. Deinde ne quod
agnoscimus donum dei in nobis uertamus in gloriam
& lucrum nostrū, sed agnoscamus esse dei, datum no-
bis in utilitatem ecclesie, id est, aliorū. 1. Cor. 12.

In conspectu.] intellige ut dictū cap. superiore.

Sin autem.

Hec lex significabat nihil esse quod natus es, si sis uis-
tiosus, id est, non habeas fidē. Primogenitus erat Cain,
primogenitus Esau sed abiecti sunt. Item primogeni-
tus populus Israëliticus. Exo. 4. sed gentes apprehen-
derunt iustitiam Israël incognitam. Ro. 9. &c.

Tam mundus] ut supra quandoq.

CAPVT XVI.

LRia erant principalia Iudeorum festa secundū legem, quæ non potuerunt celebrare nisi mūdi & in loco sancto quem elegerat dominus qui erat in Hierusalē, & in tēporibus statutis. Iccirco Iudæi hodie ut supra diximus talia nō habent, nisi contra legem quā adhuc se habere putant impie agere uelint. Ablatus est enim locus ille ut non maneret lapis super lapidem, secundū cōmīnationem Hierē. 7. & 3. Reg. 9. Primū erat phase, id est, transitus, nos pascha uocamus, in cōmemorationem beneficii dei q̄ exierant ex Aegypto, quādo ederant agnū noctu, cuius beneficio sanguinis tunc seruabantur ipsi ab angelo percutiente Aegyptiorū primogenita, id quod singulis annis edendo agnum representabant. Secundū erat festum Hebdomadū quod celebrabatur completis septem hebdomadis post pascha, siue post immolatos manipulos primitiarum ex spicis, nos uocamus pentecosten, quando acceperāt legem in Sina. Verum cum sæpe in lege huius festi mentio fiat, nusquā fit mentio acceptæ legis, neq; unq̄ aliquod festum in huius cōmemorationē institutū legitur, cuius ego rationem puto q̄ ratio sabati siue festi cum ratione legis non conueniebat. Sab-

batum enim libertas & cessatio est, lex seruitus est & fatigatio. Nam agar in seruitutem generat Gal. 4. & spiritū seruitutis in timore appellat spiritū legis Paulus Ro. 8. Tertium. Festum tabernaculorū in septimo mense, in cōmemorationem q̄ habitauerāt in tabernaculis patres ipsorū in deserto per XL. annos. Quo uides hæc omnia instituta ne obliuiscerentur dei & beneficiorum eius, atq; huc pertinent illa quoq; negocia sacrificiorum & oblationū & gaudiorum in singulis festis, item q̄ offerentes docebātur etiā conceptis uerbis fateri dei liberationem & beneficia. Nihil hic erat quo deus indigebat sed oīa in salutem illis erāt ordinata quæ externa tunc gerebātur, ut uerbis & operibus testarentur mūdo sese corde credere deo & cum agnoscere ut creatorem ita & liberatorem & patrem,

Pascha.

Phase celebratur mense primo, initio anni apud Hebræos, ut uides Exo. 12. qui mensis est nouarū frugum in terra Canaan, quando primitiæ offerūtur ex frugibus. In quo mense liberati sunt ex Aegyp̄tia seruitute cuius ferè ubiq; scriptura meminit, & traducti per mare rubrū, baptizati aqua & nube, id est, spiritu sancto. 1. Cor. 10. facti populus nouus & peculiaris domino. Hic omnia noua legis, nouū populū, nouum annū siue tempus, nouas fruges, & panes absq; fermento ueteri, nouam uitā, nouum spiritū. Paulus hoc festū interpre

tatur. 1. Cor. 5. Pascha nostrū immolatus est Christus.
Itaq; festum agamus non in fermento &c. 2. Cor. 5.
Si quis in Christo est noua creatura est, uetera transie-
runt, ecce facta sunt oīa noua. Et Christus est in om-
nibus primatū tenēs, Col. 1. qui eduxit nos ē seruitute
regni tenebrarū & legis damnatione & transfudit in
terram promissam in regnū claritatis suae, in quo reg-
no edimus fide ueterū pascha Io. 6. & azimos panes
septē diebus, id est, omni tempore. [Immolabis.]

De sacrificijs paschae dicit nō de agno qui cōmedeba
Afflictionis. Heb. Exilij. In pauore. Heb. (tur.
Subito. lege Exo. 12. Non potuerūt fermentū secū acci-
pere cogētibus Aegyptijs exire. Tantū, p̄sunt aduersa-
rij nobis ne tentati sequamur nostras cupiditates &c.
Panē ergo exilij uocat quo recordabātur exilij Aegy-

Non apparebit. (ptiaci.

Ne adesse quidē uult. i. audiri fermentum phariseorū
quod est hypocrisis, nō solum non edi. i. credi. Nostrū
pascha est aeternū, ergo aeterni sunt & dies azymorū.

Non remanebit &c.

De agno paschali dicit, ut uides Exo. 12. Christus in
hac uita integre edendus est, missae defunctis nihil pro-
sunt, Oportet te integre credere. Si quid fidei defue-
rit, quicquid iniustitiae residuum est hoc igni combu-
re, id est, hoc cōmitte baptismo Christi qui baptizat ig-
ni & spiritu sancto ut & peccatū reliquum damnare

non possit, per quem omnia in hac imperfectissima uita tibi pro perfectione imputabuntur.

Vespere. Hæc nostra prima resurrectio comparata ad resurrectionem nouissimam, uix umbra est & nox & tamē est nox liberationis præcedente columna ignis, comparata uero ad uitam Adæ & ad sapientiam mundi, lux est & sola sapientia & tanta claritas cui etiam iste sol nō se ausit conferre, Esa. 24. &c. Propterea nostrū tempus post Christi resurrectionem in scriptura uocatur Tempus acceptum, dies salutis. 2. Cor. 6. Es. 49. Et in psal. Dies quem fecit dominus &c. [Et coques] scilicet assando.

Collecta,] quando colligebatur pro pauperibus & reponebatur in usus eorum, quemadmodum nunc nostri incipiūt facere quando conuenit populus &c.

Pentecoste.

Non à pascha numerantur istæ Hebdomadæ sed à sabbato oblationis primarū frugū, licet ferè semper idē erat, ut uides ex principio huius capitis, lege Leui. 23. ubi præscriptæ sunt oblatiōes lege præceptæ. Hic autem tantū dicitur de oblatione spontanea quæ cū alijs uenit, ut supra diximus. Neq; fit hic mentio datæ legis ut æque supra diximus. Tantū hoc additur. Et recordaberis q; seruus fueris in Aegypto. ut hæc quoq; festiuitas i priorem liberationē referatur. Nos in hoc festo accepimus legem libertatis e cœlis, i. spiritū sanctū.

Scenophegia, id est, tabernaculorum fixio.

Aduerte q̄ prima die mensis septimi erat festum tubarum, ut in psal. Bucinate in neomenia tuba &c. decimo die festum expiationis à peccatis totius populi nō sine sanguine, quādo ingrediebatur summus pontifex semel in anno in sanctum sanctorum expectantibus foris uniuersis Israēlitis hora incensi, quæ interpretatur epistola ad Heb. quod tempus fuisse, quando angelus Gabriel apparuit Zachariæ clare ostenditur Lu. 1.

A quintodecimo autē die erant feriæ tabernaculorū, ut hæc omnia legis Leuit. 23. Primum, festum populi dei, perfectis terræ laboribus & sudoribus, ubi incipimus curare quæ dei sunt, in septimo mēse, id est in sabato mensium licet adhuc imperfecto, quia tabernacula nondum sunt æterna, primū, inquam, festum est festum tubarum, quæ est prædicatio uerbi dei, id quod clare illæ tubæ sacerdotales significabant. Vnde Esa. 40. Exalta quasi tuba uocem tuam &c. Quā prædicationem creditam sequitur festum expiationis, id est, remissionis omnium peccatorum per sanguinem proprium pontificis nostri semel ingressi in sancta sanctorū per sacrificium in æternū perfectum. Verū hoc festum sine afflictione animæ non agitur, ut in Leuitico legis, nam oportet hic cadere & mortificari omnia nostra. Deinde habitamus sub umbra alarum dei, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta, Esa. 32. Psal. 30. Item

habitamus in tabernaculis q̄ agnoscimus non hic nos habere manentem ciuitatē. Heb. 11. quemadmodū Dauid dixit. Aduena ego sum apud te &c. In his tētorijs prouocamur iugiter ab hostibus, à mūdo, à Satana, ut cadamus ne simus populus dei, ut filij Israhēl per. XL. annos, nos per septem dies, id est, per omnem uitam. Idcirco nobis excubandū ut monet Christus, & cōgrediendū iugiter cum aduersarijs per arma dei, Ephe. 6. fiducia ergo in his tabernaculis nostris & securitas in deo nobis est, nō in hostibus. Vnde Christus, Confidite, ego uici mundū. Hinc gaudiū in spiritu sancto quod habemus sepe tentationibus interturbatur. plenū autē gaudium erit & festum tabernaculorū olim habitatorum quando recepti fuerimus in aeterna tabernacula, Luca. 16. Lege. 2. Cor. 5.

Præterea & hoc aduerte, q̄ ubi fistorū facit mentionem Moyses, in conspectu dei, serē unius conditionis facit leuitam, dominū, seruū, ancillam, filiam, aduenā, pupillum, uiduam, quos tamē oportet esse diuerse conditionis apud homines, secundū legem etiam dei, ut uideas hic illud Pauli Gala. Non est Iudæus neq; græcus &c. Et secundū corpus illud psalmi, Domini est terra &c. Præterea & hic significatur, Hæc esse festa & epulas dei ubi tuū conuiuium agnoscit pauperes. 1. Cor. 11. Conuenientibus uobis in unū iam non licet dominicā cenam manducare &c. Luca. 14. Cum facis prandiū

aut cenam &c. 2. Esdrae. 8. Ite comedite pingua &
bibite mustum, & mittite partes ijs qui non prepara-
uerunt sibi, quia sanctus dies domini est, & nolite con-
tristari. Gaudium etenim domini est fortitudo no-
stra &c. Huc quoque pertinet quod octaua dies erat festa in
qua erat collecta domini, ut supra de collecta diximus.
In quo & aliud quoque nota quod nulla dies octaua erat fe-
sta Iudaeis nisi haec quae erat finis in anno omnium Iu-
daeorum festorum, quae octaua dies manifeste perti-
net ad aliam uitam & resurrectionem nouissimam post
septem dies in quibus hic uiuimus, quando erit festum
post quod non restat aliud, tunc erit uera collecta domini,
quando domino colligentur à quatuor uentis caelorum
omnes electi &c. Tunc erit deus omnia in omnibus.

Vacuus &c. Supra dictum de spontaneis obla-
tionibus sine quibus non uult dominus uenire offeren-
tem. Vacuus appares in conspectu domini si sine fide
uenis. Itaque in omni scriptura uides dominum uelle &
amare pauperes in possessionem eternam, & tamen
eosdem uult diuites, pauperes mortificatione, diuites fi-
de. Esurientes enim impleuit bonis. Quid prodest ti-
bi hypocrita uenire multis oblationibus in conspectu
hominum cum in conspectu dei sis uacuum &c?

Iudices.] Supra ca. 1. Nisi tales sint iudices & ma-
gistri omnia pessumeunt, et praeterea prouocatur ira
dei super populum, Historiae sunt testes.

Excæcant.] ne uideant quod ante uiderunt, Incipiunt enim informare conscientiam (ut hodie uocant in reconsulti) sed male propter munera.

Mutant] id est, peruertunt uerba iustorū. Ex Heb, facta iusta uel caussam iustam.

Non plantabis. Gentes habebāt arbores dijs sacras & deorū statuas. Contra quod supra dixit lex ca. 12. Non facies similiter domino deo tuo & c. Cōtra hoc præceptū impie sæpe peccatum indicat historia libri Regū. Hoc aut uult hæc lex, alienū dei cultū uero cultu non esse admiscendū, alioqui totū statim esse cōtra deum, id est, humanas traditiones uerbo dei nō admiscendas, & qd' adagio dicitur, nō harā iuxta aram.

CAPVT XVII.

REstū iudicium hoc caput & qualis sit rex describit. Iccirco & quæ supra de iudicijs dixerat huic capiti deberent annecti. Intermiscet uero de luco & statua dei & hostia uitiata quæ sunt abominatio deo.

Non immolabis & c. Supra dictum de mundis & immundis & quid sibi uelint, ubi inter munda imprimis nominantur bos & ouis. Hæc uero lex declarat si maculam uel uitium in corpore habuerint nō solum immunda esse quæ munda uocantur, sed etiam abominationem deo, quemadmodū & supra primo

gentiū uitiosum fecerat cibum cōmunem tam mūdo
quā immundo ne offeretur deo. Iudæi erant mūdi
quia populus dei. Gētes immūde quia idololatræ, ut
uides ex historia Petri, sed deus inuenit in iudæis ma-
culam & uitiū, erant enim cæcis oculis & surdis au-
ribus & excæcato corde, Iccirco abominatio ei facti
sunt. Gentium autem corda fide purificauit, hinc &
meretrices & publicani hodie quoq; præcedūt phari-
sæos hypocritas in regnū celorum. Deus enim non no-
mina respicit sed rem ipsam, id est, fidem, Hier. 5. 1. In
hanc legē respexit Paulus quando dixit sanam doctri-
nam. 2. Timo. 4. & sanam fidem Tit. 1. Et Psal. Beatī
immaculati uel integri & perfecte sani in uia. Et ali-
bi. Nouit dominus dies immaculatorū uel integrorū
i. qui perfecta siue sana fide sciunt humana opera esse
nihil. Huc quoq; pertinet qd' Paulus ait Tit. 1. Ut sani
sint fide, nō attendentes Iudaicis fabulis & præceptis
hominū auersantium ueritatē Omnia quidem mūda
mundis. Immūdis autem &c. cū sint abominabiles &
dicto nō audiētes & ad omne opus bonū reprobi. Vis

Cunq; reperti &c: (de & Esa. 1.

De his & q non sit temere iudicandū diximus supra
cap. 13. Hic uero caue ne frustra dictū putes, Quæ non
præcepi. Id quod ex superioribus satis clarū est. Milī-
tiā uero siue exercitiū coeli, ne angelos cogites, uocat
sydera & stellas. ut Esa. 40. Leuate in excelsum oculos

los uestros & uidete, quis creauit hæc? Qui educit in numero militiã eorũ & omnes ex noie uocat. quẽadmodũ et i psal. Qui numerat multitudinẽ stellarũ &c.

In ore duorũ aut trium &c.

Hic habes legem q. unus testis est nullus non solum in causa sanguinis sed etiam in quacunq; causa ut infra uides cap. 19. Verum testis diligentissime examinetur quemadmodũ Daniele fecisse historia Susannæ habet, id quod eodem cap. 19. uides.

Manus testium.

Supra cap. 13. Sit primum manus tua &c. Ita & testes lapidaturi Stephanum deponebant uestes ad pedes Pauli &c. Hæc occisio nunc est excommunicatio ubi testes accusant & dicunt ecclesie & ecclesia tota condemnat reũ dum non audit, donec redeat. Vnde Paulus ad hanc legẽ allusit. 1. Cor. 5. Congregatis uobis & meo spiritu, cũ uirtute domini Iesu, tradere huiusmodi hominẽ Satanæ in interitũ carnis, ut spiritus saluus fiat &c. Expurgate &c. Auferte malũ ex uobis ipsis.

Si difficile &c.

Lepram & non lepram, male legitur. Nam iudicium de lepra non pertinebat ad iudices in ciuitate sed ad sacerdotes leuitici generis, Leui. 14. Ideoq; Christus quando erat minister circumcisionis dixit leprosis. Ite ostendite uos sacerdotibus & offerite sicut præcepit uobis Moyses in testimonium illis &c. Legendum

ergo, Inter plagam & plagam.

De hac lege supra cap. 1. ex cōsilio Ietro soceri sui dixit. Qd si difficile uobis aliquid uisum fuerit referte ad me & ego audiam, Iudiciū autem ambiguum inter sanguinē & sanguinem est, quādo dubitatur num sanguinis reus sit nec ne, qui uitiauit corpus proximi aut occidit, & non pōt internosci aut probari, uoluntariū ne factum sit an fortuitū &c. Ita iudiciū inter causam & causam intellige dum alij iudicant pro reo alij pro actore, & nihil certi potest statui. Sic & inter plagam & plagam intellige ut de sanguine diximus. Hæc lex necessaria & optima est, ut dubia causa in regno finiat, certa autē causa in ciuitate, ne permittatur iniustis actoribus quod hodie uidemus qui etiā pessimam causam suo cōmodo agūt per appellationes illas donec altera pars grauata & itinere labore & periculo & penuria cadat à causa iusta &c. Sed uide quid deus uoluerit in tali casu, nempe audiri sacerdotes in lege domini doctos, & ad iudicem summum totius populi qui uice regis erat anteq̃ crearentur reges, qui & ipse doctus erat lege domini, iubebatur enim legere quotidie deuteronomiū, ut uides Iosue. 1. & infra de rege. Qui enim sic docti sunt habent fidele consilium, ubi nō est manifestum dei præceptū. Et in tali casu non solum in contentiōe litis, debet audiri spiritalis homo, is quicquid tibi pronūciauerit oraculū esto, quēadmodū &

Paulus sæpe pronunciauit fidelis & misericordiam
consecutus, nihil præcipiens. 1. Cor. 7.

Qui autem superbierit &c.

Per hoc contumaciam reprimat illorū qui in hoc casu
suā causam uolunt iustificari, alioqui nō audhuri &c.

Cum ingressus.

Hoc genus uitæ nō probauit deus sed permisit, sciens
quo declinaret quod ex se posset sustineri & esse uti-
le. Hinc tam pauci reges leguntur fuisse pij. Voluit de-
us ut iudices constituerent ex fratribus sapientes &
intelligentes qui iudicarent rectum iudicium coram
deo in cunctis urbibus, & ipse ducem siue iudicem
per se, ut Moisen, ut Iosue ita alios semper suscitauit
eis qui liberaret eos de ui aduersariorum & iusto eis
præesset iudicio cum sacerdotibus leuitici generis,
usq; ad Heli sacerdotē qui & iudex & sacerdos sum-
mus erat sed filios habebat iniustos, cui successit Sa-
muel sanctus cuius filij acceperūt munera & peruer-
terunt iudiciū, Neq; tamen iniustitia filiorū Samuelis
causa bona erat petendi regem. Suscitasset enim inuo-
cantibus & tunc ut ante iudicem & sacerdotem bon-
num. Vnde ait ad Samuelem. 1. Reg. 8. Non enim te ab-
iecerūt, sed me ne regnem super eos &c. Et Osee. 13.
irridet populū dicens, Vbi est rex tuus, maxime nūc?
saluet te in oībus urbibus tuis, & iudices tui, de quib-
us dixisti. da mihi regem & principes? Dabo tibi re-
gem in

gem in furore meo & auferam in indignatione mea. voluit dominus consultum populo ut iudicium esset apud sapientes & intelligentes secundū legem domini, quales esse oportebat sacerdotes in loco sacro, & qualem instituit iudicem in suo Iosue post Moysen, nō apud regem, quem sciebat uacaturū equis, multis uxoribus & mulieribus, auro, argento & reliqua ambitioni & oppressioni suorum, ut uides. 1. Reg. 8. quando quæso talis uacaret legi dei, ut, spiritu doctus à deo, rectum proferret iudicium? Hic & electum Dauidem oportuit impingere, sub quo dedit illis deus omnē terram quam promiserat, ut ueritas dei probaretur. Post quem sub Salomone dum omnia florere uidebantur coram mundo, tamen coram deo retrolabebantur, id quod finis Salomonis declarauit. Atq; adeo iniustitia sub regibus exundauit, ut perpetua facta sit uix sæpe reliquijs saluatis, donec ad deum, quem abiecerant ne regnaret super ipsos, rediret regnū per Christum, id quod prophetae promittunt, quemadmodū Esa. 9. dicitur, Super solium Dauid &c. Et. 32. Ecce in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerūt &c. Quia uero futurū uidebat deus ut peterent regem, præscribit hac lege qualem solummodo permittat. Si quem ergo talem repereris hunc solum dicito bonum piūmq; regem ac principem, quo enim loco alios habeat deus satis declarat.

Quē dominus elegerit. Ne uel sic aliquid tentent sine domino, quæ electio uidebatur æterna in Saule, sed translata est ad Dauid, post quē non electi sed nati sunt reges usq; ad Christum, ante cuius aduentum cessauerat regnum Iuda & regia stirps Davidis inducto rege alienigena, ut sciretur Christus iam adfuturus. Qui autē reges erant post Salomonem in regno Israël omnes nō solum impij erant, sed & regnū impie administrabant.

De numero fratrum tuorū.

Et hoc quoq; utile est ut non habeamus nisi apud nos natos, quemadmodū apud nos hodie nascuntur, qui hereditatem suā ament, tucantur, norint mores & cōsuetudines &c. quorū gladium probat scriptura etiā in gentibus. Nostri hodie Euangelium gladio extinguere uolunt id quod eis Christus nō permittet nō minus q̄ olim. Scilicet enim in suam tandē perniciem, qui iudicare uolunt quod egregie ignorāt homines nihil habentes spiritus &c. Paulus uidetur ex hac lege sic dicere. 1. Cor. 6. Inter Christianos nō debet esse lis & contentio. Verū si non potest aliter fieri ex fratribus cōstituite iudicē, ne iudicemini apud gentiles iudices &c.

Equos &c.] Contra fecit Salomon 3. Reg. 10. & 11.

Ne in Aegyptum.

Itaque redemit ex Aegypto ne redirēt, & reuertentes in deserto perierunt, & clamāt propheta Esa

ias, Hier. Oseas, ne eo pergant auxilium sperantes.
Lex est, ne erepti sanguine Christi agni immaculati
& spiritu dei quasi columna ignis & nubis ducti &
traducti per mare rubrum baptismi, redire uelimus
ad regnum tenebrarum &c.

Subleuatus quasi speras Aegyptios sibi subigendos.

Deuteronomium.

Vtinam nostri principes (qui à Papistis hodie seducti
caeci damnant quod non uident) hoc hodie observa-
rent ut legerent legem domini & uerbum dei sui. Ni-
hil boni iudicabit princeps qui & ipse non sapit ex
deo, sed pedit ex aliorum solū sententijs, ut diximus c. 1.

A sacerdotibus &c.] ne incidat i corruptū exēplar.

Nec eleuetur. Digna lex, sed lex manet lex ubi
nō adest spūs. Digna uox principe quā dixit Gedeon.
Nō dominabor, inquit, uestri, nec dominabitur in uos
filius meus, sed dominabitur uobis dominus.

Neq; declinet] scilicet iudicando, ut supra.

Vt longo.] quemadmodū Dauid. Contra abstulit
deus & reges & regnū, qā cōditio nō est seruata &c.

CAPVT XVIII.

DE ista hereditate sacerdotum & leuita-
rum supra cap. 10.

Hoc erit ius &c. Optima dat sacer-
doti ne contēnatur eius ministerium, cui

alioqui uix pedem cupiditas humana dedisset, nō tan-
 ministri q̄ dei contemptu. Videamus quid lex signifi-
 cet. Sacerdos est minister uerbi, is per ministerium su-
 um, id est uerbum prædicatum, aufert à nobis armum
 dextrum, id est, opinionē nostrarum uirium & bono-
 rum operum, & duas maxillas, id est, prædicationem
 nostræ iustitiæ, & pectusculum siue uentriculū, id est
 fiduciam nostræ iustitiæ & omnē carnalem sapienti-
 am, ut omnia nostra auferat uerbum dei quæ aliquid
 quasi diuina esse uidebantur, quibus ablatis non inue-
 nimus nos aliud q̄ peccatores, ut discamus ex solo deo
 pendere. Huc pertinet q̄ & Leui. 3. sanguis, id est uita
 effunditur domino, ut supra dictum, & quicquid est
 pinguedinis unde fortificatur caro, id est ille Adam,
 & renes cū reticulo iecoris, id est affectus omnes cre-
 mantur domino in odorem suauissimū. Aduerte q̄ hic
 ex Heb. deest latinis. Duas maxillas, Et uictimas intelli-
 git hostias pacificas. Tonsione] scilicet prima.

Vt stet & c.] Ministris datur non alijs.

Successione.] Successor erat leuita paternorū bo-
 norū, sed cū alijs fratribus Israëlitis non habebat par-
 tem, ut dictum est.

Quando ingressus &c.

Hæc esse contra primū præceptum quis nō uidet? Et
 addit, q̄ quia Cananæi talia deo abominata faciūt, pe-
 ribunt manu dei ingredientibus Hebræis in terrā co-

rum, ut hic Hebraei non solū præcepto, sed etiā hor-
rendo exemplo terreantur ne talia uelint. De lustra-
tione per ignē diximus supra ca. 12. Omnia uero quæ
hic prohibētur impius Manasses fecit. Saul quoq; per
Pythonem à mortuo quæsiuit ueritatem, certe à diabo-
lo, id est, personato Samuele, quemadmodū ex demo-
nibus quasi animabus defunctorū saepe nostri quæsie-
rūt ueritatem. Hinc tam multa pro defunctis frustra
fiunt. Misit deus operationem erroris, quia dilectionē
ueritatis non suscepimus. Simili loco habendæ sunt
quas uocant sanctorū reuelationes. Contra præceptū
hoc dei illa omnia suscepimus, ergo fuerunt signum
diaboli. Sicut olim deus uoluit, ut se solum audirent,
Ita & nunc clamat è coelis super filium dilectum, Ip-
sum audite. Quid ergo seductionibus diaboli, pseudæ
postolis, id est, dæmoniorū doctrinis, mortuorum re-
uelationibus credimus contra manifestum dei uerbū?
Esa. 8. ex hac lege sic dicitur. Et cum dixerint ad uos,
querite à Pythonibus & à diuinis qui strident incan-
tationibus suis. Nunquid non populus à deo suo requi-
ret uisionem? pro uiuis à mortuis? Ad legem magis &
ad testimonium. Quod si non dixerint iuxta uerbum
hoc, non erit eis matutina lux &c. Vulgus infidele à
talibus crassis superstitionibus & impietatibus ne ho-
die quidem abstinet.

Perfectus esto & absq; macula.

Quēadmodū & Christus dicit, Perfecti estote sicut et pater &c. Per quā legem exponitur id quod supra diximus de mundis & immūdis. Item, q̄ animal habens maculam & defectum deo non debet offerri.

Augures & diuinos audiunt. Ergo nihil audiendum nisi merum uerbum dei, qui aliud admittunt gentes sunt & Cananæi, non frustra ergo Paulus doctrinas pseudapostolorum, quarum hodie sunt omnia plena, uocauit doctrinas demoniorū in hypocrisi loquentium mendacium & cauteriatam habentium conscientiam &c.

De obseruatione somniorū dicit, non de reuelatione dei in somnijs. Nam obseruantes somnia uidēt & sibi fingunt interpretationes quibus & credūt & credi uolunt, quæ non possunt esse nisi mendacia, ut omnia quæ excogitant homines & fingunt, quēadmodū enim meri somniatores sunt qui iustitiā prædicāt quā ex uerbo dei non nouerunt, ita & illi qui crassīs somniorum erroribus seducuntur & credunt. Quibus uero reuelatur à deo uident quidem somnia, sed ipsi ex uisīs non interpretantur quod eis placuerit, nam & ipsa interpretatio eis reuelatur à deo. Alioquin somnia etiam à deo immissa frustra uidentur, quemadmodum frustra uidisset Pharaon, frustra Nabugodonosor, nisi deus reuclasset Ioseph & danieli. Ideoq; Daniel dicit, Intelligentia opus est in uisione. Sic & angelus

in Luca loquitur Ioseph, loquitur Magis i somno, sed
reuelatione dei didicerunt eum qui apparuit esse an-
gelum dei &c.

Prophetam.

Non dubium nobis ex interpretatione Petri Act. 3. &
Stephani Act. 7. hunc prophetam, id est, prædicatorē
uerbi dei esse Christū, id quod uidetur populo in Euā-
gelio dum prophetam magnū sæpe uocat Christum.
unde constat & singularem aliquē prophetam tunc
ex hac scriptura expectatum. Potuisset uideri hic pro-
pheta Iosue, cui dicitur Iosue. 1. Sicut fui cum Moise
ita ero tecum &c. sed scriptura nullum prophetam fa-
cit similē Moisi id quod tamen bis hic dicitur de pro-
pheta suscitando. Sicut, inquit, me, & similem tui. Moi-
sen ceteris prophetis longe præferri uides, Num. 12.
& ne quis hæreret in Iosue scriptura in fine Deute-
ronomij clare ostendit, de Iosue hæc non posse intelli-
gi. Sic enim ait, Et obedierunt Iosue filij Israël, fece-
runtq; sicut præcepit dominus Moisi. Et non surre-
xit propheta ultra in Israël sicut Moises &c. Præter-
ea iubetur & ipse Iosue Moisen audire. Cū ergo iube-
beat dominus in Mose hunc prophetam audiendum,
clarum euadit Moisen esse audiendum usq; ad hunc
prophetam. Nam reliqui omnes prophetae clamabant
Moisen interim audiendum donec ueniret, de quo
prædicebat, Christus, per quem (sicut Moises scripse-

rat) promiserat deus benedicendas cunctas cognationes terræ. Huc pertinet quod Christus dicit, Si crederetis Moysi, crederetis et mihi. De me enim ille scripsit. Item, Scrutamini scripturas, illæ enim testimoniū perhibent de me. Duos iussit deus audiri Moysen et Christum. Propheta post Moysen fuerunt interpretes Moysi, et prædixerunt spiritu dei inspirati de futura propheta et benedictore omnium gentium sicut et Moyses usque ad Christum, quia lex (ait) et propheta usque ad Ioannem et c. At ubi Christus uenit locutus est nobis deus in filio qui per semetipsum, non per alia, ut Moyses purgatione peccatorum facta sedet in dextera maiestatis et c. Heb. 1. Idcirco et Moysen et Christum e cœlis coram populo iussit audiri deus, illum in monte Sinai, hunc adfluenta Iordanis. Propheta prædicauerunt legem et prædixerunt gratiam reuelandam. Apostoli prædicant legem per Christum impletam in omnibus quotquot Christum suscipiunt iam mundo exhibitum. Sunt igitur tantum duæ prædicationes, legis scilicet et Euangelij. Legis prædicatio nihil est, nisi de Christo quoque prænunciet, quemadmodum fecit Moyses et propheta. Hinc facile deprehendes pseudopropheta, quem semper audis legem prædicare, ita ut nihil uideatur dicere præter uerba dei, et tamen de Christo non prædicat, Christum nunquam prædicat iustitiam nostram, hic pseudopropheta est, Deus non misit illum. Nam in

telligit uiribus nostris legem posse impleri & nos per legem iustificari, qui est error & seductio pseudapostolorum, qui dum uerbum dei uidentur habere non habent. Docent enim in ipsa lege quod lex prohibet, scilicet ut confidamus uiribus nostris, aut gratiam adscribamus iustitiae nostrae. Quod si sic habet res de ijs qui sola uerba legis uidentur praedicare, Planum est reliquos stercore humanorum traditores ne dignos quidem esse de quibus uerba fiant.

Prophetam dicit.] Nam audiri eum uult. Vnde tam multa dicit saepe Christus de uerbo suo. Qui uerbum meum audit &c. Qui diligit me &c. Et ut uerbo crederetur fiebant per Christum miracula quae nemo alius facere potuit, praeter hoc & inimici quoque saepe sentiebant in ipsis etiam uerbis uirtutem diuinam, quem admodum aiunt serui qui missi erant, ut caperent Iesum. Nunquam sic homo locutus est &c.

De gente tua, id est, ex semine Abrahae, Ro. 9. &c. Ut petisti &c. Sine mediatore non potuit populus agere cum deo, Mediator ergo tunc erat Moyses, ut supra dictum, sed hic mortalis erat, expectabatur ergo aeternus, per quem populus audiret non solum redemptionem, sed & acciperet.

Et ponam uerba.

Id quod Christus dicit, Ioan. 10. Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me pater ipse mandatum

dedit mihi quid dicam aut quid loquar. Et scio q̄ mandatum eius uita æterna est, quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater sic loquor. **Vltor.**

Iudicium hic uident Euangelij contemptores, ut non dicam de blasphematoribus & persecutoribus, percutiuntur horrenda cecitate & proijciuntur in æternum à deo quantacūq; specie coram hominibus fulgeant. Nam sanctam speciem nihil moratur hæc lex, sed simpliciter uult audiri Christum. Qui uerba Christi contemnunt & tamen sanctitatem ostendant, sunt cōsortes illorum qui dicunt, Aue rex Iudæorum.

Propheta autem.

Ita semper actum est ut pseudoprophete non defuerint ubi ueri prophete fuerunt, & pseudapostoli ubi ueri apostoli fuerunt. Sic deus aduersarium habet diabolum, in ipso etiam paradiso, & Christus Antichristum in ecclesia sanctorum, ut nō speremus in hac uita tranquillitatem. Propheta pius non sua quærit, sed quæ dei sunt, Impius autem sua quærit. Itcirco elegantissime eum describens, dixit, Arrogantia deprauatus. Is siue in nomine domini siue in nomine diaboli uelit uideri suum officium agere, nihil refert, dum docet ea quæ deus nō præcepit illi ut diceret, Hic à diabolo est & habet doctrinas dæmoniorum, etiam si omnia dei sacra & omnem ex deo autoritatem se habere dixerit, Væ hic omnibus traditionibus humanis.

Q^d si tacita.

Vide exemplum. Hiere. 18. de Anania. Et. 3. Reg. 22. de Sedechia & alijs. Sed quid si in longinquum prædixerint, ut Esaias & alij? Respondeo, Illi ipsi etiam quedam prædicunt non in longum tempus. Certum ergo signum est mentitum esse prophetam, qui certo tempore prædixit quod nõ uenit eo tempore. Sed nõ est certũ signũ si euenierit qd prædixerat propheta, ut supra dictũ ca. 13. In sola ergo doctrina & hic & illic certũ signũ habes ex uerbo dei, quẽadmodũ & Christus dicit. Ex fructibus eorũ cognoscetis eos. Videtur boni prophete in uestimẽtis ouium dũ ueniũt, sed ubi negociũ cœperint agere docent ea quæ eis non sunt præcepta, & sub noĩe domini incipiunt à dei iustitia corda imprudentiũ auertere. Probãdi ergo sunt spūs num à dco sint & c. De tali, præter iudiciũ q. debet interfici, quæ interfectio apud nos est excõicatio, ut supra diximus, & hoc additur, Nõ timebis eũ, etiãsi maledictiones dei oēs tibi minatus fuerit, etiãsi te excõmunicauerit, etiãsi in animo tẽteris talẽ maiestatem & tantã sanctitatẽ quæ apparet nõ esse contẽnẽdã & c.

CAPVT XIX.



Ista lege ciuitatũ refugij uoluit dominus consultũ innocenti homicidiæ, magis uero & alijs qui ob innocens homicidium

possent fieri ueri homicidæ & rei in conspectu dei & hominū. Et ita multiplicato homicidio, rei etiā corā deo fierent ciues & uicini qui talia non prohiberent. Atq; ut uicinorū hic conscientie esset liberæ si quid in tali casu sanguinis innoxij funderetur, hæc lex efficit seruata, nam culpam adscribit lex illi qui non fugerit ad unam urbium refugij & occisus fuerit. Deinde hæc lex manifeste declarat, non semper esse condemnationem quā homines iudicare possunt. In conspectu enim dei non est homicida qui occiderit nolens & non irato animo uel ante concepto odio, ut uideas qd deus non respicit manū, sed cor, alioqui quid interest secundū externum opus inter homicidium uoluntarium & non uoluntarium? quid inter oblationem Caim & Abel? Qui manu occidit potest adhuc corā deo esse non homicida, & qui irascitur & odit licet manu nō occidat tamen coram deo non potest non esse homicida, quia male uult fratri, licet ab hominibus secundū legem non puniatur, quia occulta iudicia deus sibi seruauit etiā in lege. Itaq; uides & legem declarare, qd dominus, Matth. 5. contra iustitiam pharisaicam interpretatur. Et Ioannes quoq; in epist. dicit, Qui odit fratrem homicida est.

ALLEGORIA. Nos alieno peccato, scilicet Adæ facti sumus exules, quod alienum quidē sed tamen proprium nobis factū est, & mors nos occupat nostra cul

pa si non fugamus ad ciuitatem refugij, id est ad promissiones dei, in quibus ut ueteres ita & nos seruamur donec moriatur summus pontifex, ut alibi lex dicit, id est Christus, tunc enim primū redire licet ad hereditatem amissam. Ad has ciuitates refugij alluditur quoties deus in psalmis & alibi appellatur refugium nostrum &c. ut illic, Deus nostrū refugium & uirtus &c. Esto mihi in deum protectorem &c.

Si quis autem odio,

Hic intus iam ante coram deo homicida, per manum foris se iudicio legis externo obnoxium quoque facit. Lex hæc declarat, coram deo reum in conscientia non posse iuari externo opere, aut ullo humano refugio, aut præsidio.

Non assumes &c.

Infra maledictioni dei subiicitur qui transfert terminos proximi sui, id est, ut nihil ei prospere succedat domino non solum non benedicente, sed etiam maledicente. Hæc lex repetitur Prouer. 22. Vultque ut quisque suo utatur, & nihil cupiat cum iniuria proximi sui, quemadmodum alieno uolebant uti, qui Iudæi non contenti erant possessione agrorum, ut diuisi erant tribubus & familijs sub Iosue. Vnde increpantur Esa. 5. Vae qui coniungitis domos &c. Achab ut plus possideret homicida & multarum animarum reus factus est 3. Reg. 21. Hoc solent citare contra nos pro traditionibus humanis ne transgrediamur metas quas fixerunt

nobis sancti patres, sed quis illis commisit ut figerent nobis metas? aut cur illi non fuerunt contenti terminis quos fixerat deus, prophetae, Christus, apostoli? sed his citationibus ostendunt sese nihil habere contra nos pro suo mendacio. Non stabit] supra cap. 17.

Si steterit.] Hec lex talionis, ut uides, commendatur iudicibus qui non sine causa ordinatione dei portant gladium. Ceterum Christianus talionem exigere non debet, sed remittere &c. Matth. 5. 1. Cor. 6.

CAPVT XX.



Hoc caput strenuos uult magnoque per deum animo milites, & de iure bellorum praescribit.

Si exieris.] Hic locus confortatio est fidei in omni temptatione difficili. Omnia enim sunt posibilia credenti. Hic sacerdos, id est minister uerbi dei, iubetur admonere populum fiduciae in deum, hoc enim est eius officium, quod & Moyses qui sacerdos non uocatur solebat praestare. Duces uero exercitus iubentur remittere illos quorum animi aliud cogitant quam bellum, aut qui alioqui pusillo sunt animo & formidolosi. Quomodo enim stabunt pertinaciter qui uel trepidant, uel nihil aliud cogitant, quam ut euadant reuersuri ad id quod amant, ut qui edificauit nuper nouum domum, qui plantauit nouam uineam, qui despondit uxorem

tem nondum acceptam? Qui non solum in bello inu-
tiles sunt sed etiam nociui dum trepidant & alios tre-
pidare faciunt, & primi moluntur fugam fugiendi-
que alijs sunt autores &c. quales fuisse uidemus explora-
tores qui cum Iosue fuerant. Nu. 13. & 14. De fiducia
in deum diximus ca. 13. & 7. Et ferè omnis scriptura
libenter utitur uerbis militaribus & in multis locis
spiritualē pugnam describit carnalibus uerbis, ut sci-
amus illa externa, quibus olim populus fiduciam in de-
um didicit, ad omnia pertinere & externa & inter-
na. Iob militiam uocat uitam hominis super terram.
Et Christus dicit Matth. 10. Nolite timere eos qui occi-
dunt corpus &c. Vide Ephe. 6. & 2. Cor. 10.

Duces quoque. Vide legem seruata. Iud. 7.
& 1. Mach. 3. Dedicauit id est, nondum expia-
uit ut inhabitet, qui uero mos hic fuerit, nescio. Hoc ue-
ro certum est loqui Moysen de domo nondū habitata.

Communem. Iut liceat ingredi cuius, ut infra ui-
des cap. 23.

Hæc lex primū instruit nos ne exigamus statim per-
fectionē ab infirmis, & protrudamus eos in prælium
qui adhuc sunt pusillo animo, quod & Christus serua-
uit, dicens, Si me queritis, sinite hos abire. Item, ad
Petrum dixit, Non potes me modo sequi. Deinde casti-
gat temeritatē illorū qui se offerunt dimicatu-
ros gladio spiritus, id est prædicatu-
ros uerbum dei, cum sint

imbecilli animo & adhuc non purgati suis satis cupiditatibus ne querant sua, hi non stabunt in acie. Item, qui temere se offerunt ut patiantur pro deo quasi constantes. Quod si te deus extruserit ad predicandum, tradiderit te hostibus, hic bene sperato, ipse aderit in firmitati, ipse erit robur tuum &c.

Si quando accesseris &c.

Duas uides leges de iure belli, alteram de terris promissis, ut ibi nihil gentile relinquant, ne maneat illic scandalum & idololatriæ occasio, ut supra quandoq; diximus. Alteram de terris non promissis, ut illic si uoluerint expugnare ciuitatē ut inimicam & redere tributariam, primū pacem offerant, id quod & hodie in speciem obseruāt, licet longe dissimiliter nostri principes, qua pace contempta confisi deo expugnent eam & occidant omnes masculos, præter infantes, primum in ultionem sceleris q; persecuti sunt, & negociū fecerunt filijs Israël infontibus, & nihil male merentibus, hic est enim usus gladij. Deinde ne rursum contra ipsos inualescant & tributa negent dare ad quæ cōdemnati sunt propter iniuriam & damna filijs Israël facta. Hæc omnia habet ius gladij, scilicet damnare in corpore & rebus qui uitæ aliorum & rebus insidiantur, quemadmodū ubiq; lex ostendit.

Allegoria duarum legum.

Inter nos non debemus sustinere gentilem, blasphemum

munus

num &c. sed excommunicare ne computetur in regno nostro donec non sit talis, sed israelita, id est, christianus fiat. De ijs autē qui foris sunt non est nostrum iudicare nisi impugnent ueritatem, tūc confodiendi sunt gladio uerbi, ut si nō possint nobis accedere, tamē confusi abscedant & non occidant nostros impia doctrina &c. Sunt autē mares occidendi, id est, erroris magistri, reliqui nobis obesse non possunt, sed sunt tributarij, dum ipsorum impietates & gentilia uitia nobis confirmatio sunt pietatis, & omnia nobis cooperantur in bonum &c. Si autē crediderint ueritati, tributum maximū est & praeda diabolo erepta pinguisima. Nec pretereundū est, q̄ pax primū offerenda est ut sese sponte dedant ueritati, ne quid temere agamus etiam contra ueritatis aduersarios, forte enim multi sunt qui se putent obsequium prestare deo persequendo christi discipulos &c.

Ne forte doceant.] Supra cap. 7.

Peccetis. Peccatum scriptura proprie appellat impietatem siue incredulitatem, ut hic, & iosue ult. Non poteritis seruire domino &c. Et christus, spiritus arguet mundum &c.

De iure gladij ex scriptura.

Christianus si persona eius & res impetuntur ut priuati hominis, iniuriam debet ferre & non se uindicare Matth. 5. & 1. Cor. 6. Exemplū esto christus & apo

H

stoli. Iudex & princeps debent cauere ne talia fiant. Quod si etiā bello impetitur ut maxime sint qui pro ueritate & causa iusta mori auderent, tamen maior numerus defendi uult, debet princeps & quorum interest pro fratribus pugnare & animam ponere pro illis qui nondum possunt pro ueritate mori, aut qui Christiani non sunt. Hic etiam illi, qui alioqui mori parati sunt si ipsorum solorum causa ageretur, non solum possunt sed & iuuare debent. Officium hic fuerit charitatis non tui commodi. Imò etiam princeps non debet sustinere ut uis fiat mori paratis, nisi & ipse & illi sine incommodo aliorum pro gloria dei simul mori parati sint. Hic enim fratris personam tantū uideres nō iudicis. Hic nihil præscribendum esset, ubi iam spiritum docere certum est. Quæris an obediendū sit principibus iniuste bellantibus? Respondeo, Iniustitiam deus nusquā probat &c.

Quando obsederis.

Hac lege consulit hominibus deus, qui hominum peccata per bella punit, ut maneat illic uictus ex arboribus, ubi homines bello premuntur.

ALLEGORIAM uides Matth. 3. &c.

CAPVT XXI.

HAec est lex expurgationis de homicidio. In populo suo deus non solum nō uult scelera sed etiam ne scandala quidem. Nouit quidem deus cor tuum si bonus es, sed offensus es fratri si fama mala fuerit. Vult ergo ut nos expurgemus de mala fama coram hominibus & deprecemur coram deo uerentes ne nostra temeritate aut negligentia hoc scandalum ortum sit, dum non satis caute egimus aut diximus aut omisimus coram fratribus adhuc infirmis. Hoc est quod Paulus ait Rom. 12. Proidentes bona non tantū &c. Huc pertinet omnia quae in Euangelio & alibi de scandalo legis. De scandalo, inquam, illorum qui curam fratris infirmum non habent ut maxime nihil dicāt aut agant quod non possint defendere ex lege dei, praeter hoc q. etiam deus mandauit unicuiq. de proximo. Ut hinc uideas agere contra legem, qui nihil minus putant per libertatem carnis quam ex Euangelio sibi somniāt. Itaq. uides hic q. ut maxime non occiderint tamen fama mala suboritur paulatim, quasi illic habitent mali homines ubi homines impune occiduntur, & illic sint homicidae & non populus dei. Expurgatio ergo hic publica praescribitur & frequenti populo cum leuitis & senioribus ciuitatis illius celebrata & singulari ritu, ut uideant omnes quā oderint

hoc factum illi ciues, tantū abesse ut fecerint aut uoluerint. Sed & ne corā deo quidem securos sese arbitrantur dū nihil sibi sunt conscij, imō occisa uitula siue iuuenca deprecantur suam culpā, q̄ talia illic facta sunt forte ipsis negligenter agentibus, Leuitis in uerbo dei & oratione, & senioribus in gladij iure & potestate cōmissa & diligenti uiarum custodia &c. Nam & lex addit, nisi ita fecerint reos esse sanguinis Et iuuenca occiditur dum nescitur homicida ut occidatur.

Aduerte homicidium esse male uelle fratri, hoc reaperitur in nobis reuelata lege, tamen quasi ignoratur autor mali, & manus non fecisse dicitur & oculus nō uidisse, quia in ignorātia peccauimus, ut dicitur Ro. 7. Ego autem peccatū nesciebam &c. Item, Omne peccatum quod alij faciunt tu facere potes si deus te dereliquerit, imō ad omnia peccata ex natura propensus es & omniū reus coram deo nisi te gratia liberet. Vnde addit lex. Alienus eris ab innocētis cruore qui effusus est cum feceris quod praecepit dominus. Hic iuuenca de armento separata, quae nunq̄ traxit iugum aut aratro seruiuit, ducitur ad terram non aratam aut seminatam, id est omnino incultā, & occiditur, ut uideas mortē Christi quae sanguine occisorū animalium tunc significabatur, in omnibus despectissimā & quasi nulli usui aptam, quae tamen sola dum super eam lauantur manus & oratur conciliat nos deo gratis. ad hanc ex

piationē nulla industria aut studia humana admittuntur, Sicut enim iugum non traxit uitula aut aratrum, ita & in terra non arata aut seminata studio humano humanoꝝ; semine, id est, doctrinis humanis hoc est in cordibus mortificatis occiditur, ut illic fiat expiatio &c. Itaq; hæc lex timorem dei docet, ne securi simus pharisaica iustitia dum manu malū facimus, simul & curam proximi nobis maxime cōmendat &c.

Si egressus.

Gentilis non admittebatur in numerū Israēlitarū ut computaretur in populo nisi circumcideretur & seruaret cū alijs legis instituta. Hic dicebatur profelytus Matt. 23. Hæc autem lex (quia circumcisio ad fœminas non pertinebat) ex gentili fœmina, quæ secundū legē immunda erat & ancilla, facit uxorem & liberā, non sine rasure crinium & præcisione unguium & abiectione uestium priorum, ut ipsa specie iam circumcisa iudicetur & ad circūcisionis populum pertinere, ut iam non immūda & ancilla, sed munda & libera imō & uxor habeatur postq̃ uno mense luxerit parentes suos, ut adamata possit & ipsa amare postq̃ deserbuit dolor amissæ domus paternæ.

Si autem.

Quæ per dei legem libera facta est, rursus per hominem non potest redigi in seruitutem, nisi ipsa se uendiderit, libello repudiij à marito amisso, de quo libello in

fra dicemus cap. 24. ut uideas eam in omne ius Israëlitarum foeminarum uenisse. Sed quid est quod dicit. Humiliaſti eam? Quando accipitur uxor, quando dormitur cum ea, non dicitur humiliata quia tunc regnat & est in foeminarū summa, conditione tamen sub uiri potestate, humiliatio ergo ad repudium pertinet &c.

ALLEGORIA ex scriptura. Christus egressus contra diabolum, fortior contra fortem, Lucæ. 11. inuenit dilectam gentilitatem, quæ hætenus immunda fuerat & ancilla, quam sibi uxorem cupiens spiritu dato præcudit quod ei accreuerat, id est, crines & ungues quod est peccatū ab Adam, & abstulit quod ipsa sibi addiderat peccando quæ sunt uestes, ut naturam quam creauerat seruaret sibi, hæc est circumcisio spiritus supra cap. 10. Hæc est mundatio Christi per lauacrū aquæ & uerbi uitæ, ut exhibeat sibi gloriosam ecclesiam nō habentem maculam aut rugam &c. Ephe. 5. Luctus uero unius mensis est dolor mortificationis, dum nobis deserenda est conuersatio pristinae uitæ & resignandū patri & matri, id est, primæ natiuitati & illi quod nati sumus, ut Christus ait. Qui uult uenire post me, abneget semetipsum &c. Huic adamatæ dicitur i psal. 44. Audi filia &c. Hoc felix coniugium nihil separabit nisi fornicatio, quemadmodū Christus nullam aliam causam diuortij permittit. Coniunctio per fidem fit solam & separatio per solam infidelitatem, Tunc enim dis-

plicebit & nō erit uxor, quando ad gentilitatem per infidelitatem relabitur. Heb. 11. Sine fide &c. Vnde & in psal. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. lege Hier. 2. & 3.

Quidam hęc retulerunt ad gentiles literas & sapientiam humanam, quam si tibi copulare uolueris, necesse est ut pręcidas quod Christianum non est. Bene, sed si ita pręcideris nihil manebit tibi reliqui, quandoquidem lex dei nihil probat nisi dei uerbum. Permitto tamen ut ista similitudine utantur, modo non ex Aristotele & philosophicis dictis Christianam nobis doctrinam faciant &c. Non conuenit luci cum tenebris &c.

Si habuerit homo.

Primum, Plures lex permittebat uxores imō, & ante legem etiam sancti plures habebant uxores, nec tamen iudicabantur facere contra legem dei. Erunt duo in carne una, nisi fornicarentur cum alijs & nisi uxores abicerent, quam tamen abiectionem lex permisit licet non probauit, ut Christus indicat Matt. 19. Deinde qui primus filius nascebatur marito ex quacumq; uxore, is erat primogenitus cui iure dei debebatur duplex hereditas. Docet ergo hęc lex humano affectui non licere immutare quacumq; specie quod deus donauit. Non poterit ergo mihi pauper auferre ius primogeniturę, quod habeo in pri-

mogenito Christo. Non enim est in hominis potestate ut primogenitus nascatur sed munus dei est, ergo neq; in hominis est potestate hoc ipsum auferre. Electioni itaq; hoīs hic ius adimitur ubi electionem dei regnare oportet.

Si genuerit.

Post deum nullū ita coli uoluit deus ipse ut parentes, itaq; de honore parentū in secūda tabula primū mandatum est, atq; hoc ipsum hac lege satis sup̄erq; declarat, quæ facit ex parētibus accusatores & iudices contra filium inobedientem. Sic & qui nō uult deum patrem per Christū, habebit eum iratū iudicem per eundem Christū, q. non obediuit uerbo euangelij. Esa. 1. filios enutriui &c. Mal. 1. filius honorat patrē suū &c.

Quando peccauerit.

Hæc lex obsequium funeris etiam damnato cadaueri exhibet. Item, hæc lex maledictū pronunciat pendentem in cruce, uult ergo ut maledictus sepeliatur eodem die, ne eius maledictione populus inficiatur & hæc abominatio diutius uideatur super terram. Vide ex hac lege quid Christo debeamus, qui factus est pro nobis maledictum ut nos fieremus benedictio, Gal. 3. factus est pro nobis peccatum ut nos fieremus iustitia. 2. Cor. 5. Pro nobis, inquā, nam ipse peccatū non fecit neq; inuentus est dolus in ore eius. Et hæc lex eum excipit dicēs, Quando peccauerit homo quod morte plenandū est. Sicut & alibi eum cū matre excipit, dicēs,

Mulier quæ suscepto semine peperit masculū &c.

CAPVT XXII.

Hæc leges charitatis, utilitatis & bonæ conuersationis à deo nobis præscriptæ, arguunt impietatem cordis nostri, quæ natura omnes ferimur ut contrarium & sentiamus & faciamus, Alioqui cur tulisset has leges deus si natura ad ista inclinaret? Non uidebis &c.

Charitas est ut commodum cures proximi tui. Quod si hæc deus mandat de asino &c. quanto magis curanda est proximi salus, ut auocetur ipse ab errore, quo argumento utitur Christus in euangelio. Cuius uestrum, inquit, asinus aut bos &c.

Non induetur. Heb. Mulier nō utetur armis uiri nec uir induetur ueste muliebri. Sicut sexum non uult te mentiri alienū, ita hac lege quoque damnat omnem hypocrisim qui se fingit quod non est. Item ne commutentur opera uiri & mulieris Ro. 1. Item ne mulier doceat in ecclesia, quod est uiri. Item ut uir sua potestate super mulierem utatur à deo & concessa & mandata. Item ut quisque suam sequatur uocationem. Ita ut deus sexus discreuit in colore, incessu, moribus, ita hominibus in conuersatione publica exhibeantur &c. Nudam simplicemque ueritatem uult deus & in uerbo & in opere.

Si ambulans.

Hec lex est & charitatis & utilitatis, ut carpas fructū ita ut rursus carpere liceat & tibi & alijs, ut matrē dimittas quæ rursus fructificare possit. Sic & de arboribus pomiferis supra & infra cap. 23. de frumentis & uinea. Impius qui aufert arborem, cum fructu uesci liceat & nobis & posteris.

Cum ædificaueris.

Hec lex consulit & alijs & tibi, ne alij tua incuria pereant & tu sanguinis reus occidaris lege. Docetq; nos non solum malum cauere sed etiam omnem mali occasionem quemadmodum & Paulus ne suo iure quidem apud Corinthios uti uoluit, ne daret pseudapostolis sua querendi quasi per Pauli exemplū occasionem.

Non seres altero semine.

Heb. diuerso semine. Hec lex ideo statuitur ne quod ex diuerso semine nascitur simul sanctificetur, id est, offeratur in primitijs quas necesse erat de fructibus offerre. Itaq; uides deum non uelle sibi offerri diuersi seminis fructum. Et Leuit. 19. simpliciter prohibetur, Agrum tuum non seres diuerso semine, sed quare hoc prohibuerit, hic additur ratio. Neq; tamē legitur prohibitum diuersa semine simul edere, sed prohibitum ne deo commixta offerantur. Semen est uerbum, id quod notum ex parabola euangelica. Licebit enim tibi uiuere secundum hanc uel illam ordinationem hanc

manam aut etiam institutionem tuam, ut domes corpus tuum, seruias alijs, modo talia non sunt contra dei preceptum, sed si uolueris ea sanctificare deo & offerre, Hoc est sancta reputare & diuina quæ te saluent & iustificent, iam ex diabolo sunt non triticum sed zizania tritico permixta quæ non uult deus. In re salutis quicquid uerbo dei addideris impium est, & te duplo magis facit impium quam gentilem, Nam tu blasphemie abuteris dei uerbo, summam illam puritatem commiscens cum tuis & humanis stercoribus, quod gentilis non facit. Id quod aperte Christus dicit Matt. 23. Circumitis mare &c. Vide parabolas Matt. 13. Et de uinea Esa. 6. Et Hiere. 2. Ego plantaui te uineam electam, omne semen uerum &c.

Non arabis.

Bos animal mundum. Asinus animal immundum secundum legem, penè id significat quod lex præcedens. Ad agrum dominicum colendum non debet admitti simul immundus, id est infidelis, & mundus, id est fidelis, hoc est apostolus & pseudapostolus, Christianus doctor & phariseus, doctrina dei & doctrina humana, Iudæus & gentilis. i. qui uerbum dei habet & qui non habet. Hic enim seretur ager diuerso semine cuius fructum abominatur dominus. Hæc lex feliciter glorificato Christo per spiritum sanctum mutata est quando asinus. i. gentilis populus, per fidem factus est animal mundum, fide, inquit,

Petrus purificans corda eorum. Iccirco Esaias cap. 32. beatitudinem quasi contra hanc legem pronunciauit dicens, Beati qui seminatis super omnes aquas immit- tentes pedem bouis & asini. Vide quæ illic dixi &c.

Non induetur.

Atq; hæc lex duplices animo condemnat. Simples nos uult & animo & uerbis & conuersatione, ut om- nia nostra dirigantur secundū simplex dei uerbum. Præterea neq; Christianū est cum scandalo infirmorū incōsuetū abuti habitu &c. Iccirco apostoli quoq; nō nunq̃ præscribunt de habitu præcipue fœminis &c.

Funiculos uel panniculos &c.

Hoc apertius Nu. 25. scilicet in recordationem iugem mandatorū dei, ne sequamur cogitationes cordis no- stri, & seducamur speciosa hypocrisi & iustitia huma- na quæ est concu piscencia oculorum, quā Ioannes uo- cat. Vnde psal. 1. Sed in lege &c. quæ de re & supra quandoq; diximus uel cap. 6.

Si duxerit &c.

Hæc leges de fide coniugali & de stupro satis apertæ sunt & dignissimæ quæ obseruentur. Alioqui omnia scortationis sunt plena ut uidemus &c. Quid uero in copula spiritali significant satis constat ex. 5. Ephe. Item ex. 2. Cor. 11. Despondi uos &c.

Vt fornicaretur.

Vide infra cap. 23. Non meretrix nec scortator sit in

Israël. Apud nos sunt omnia abominatiōis plena propter leges papisticas.

Quia humiliat uxorem.

Vide q. sponsa secundū scripturā uxor dicitur adhuc uirgo, ut non mireris q. Maria mater domini in Mattheo uxor Ioseph dicitur. utq. uideas matrimoniū iā esse inter sponsum & sponsam ante nuptias, quia coniugium sola fide cōciliatur & sola infidelitate dirūpitur, modo tale sit ut duo possint esse in carne una &c.

Non accipiet. Nouercam ducere prohiberis. reliquos gradus uide Leui. 18.

CAPVT XXIII.



Non intrabit &c. Non prohibetur ut nō sint in populo Israël enuchi & excisi & ex scorto nati, Hic enim erat uel infirmitas uel aliena culpa. Nec ut non sint illic gentiles qui leguntur eis facti serui & ancillæ. Alio qui quomodo ingrederentur Idumei & Aegyptij in ecclesiam dei post tertiam generationē, nisi per tres generationes cum eis conuersati fuissent? aut alij ne post decimā quidem generationem, nisi per decem generationes cum eis fuissent? de alijs enim gentibus procul agentibus intelligi hoc non potest. Sed prohibentur ne ingrediantur in ecclesiam dei, id est, in concionem populi dei ubi congregabatur ad dei festiuitates, ad quas

ibant quoq; serui & ancillæ, ut supra dictū cap. 16. exclusis qui hic prohibētur. Non uult ergo coram se apparere eos qui non possunt generare, id est, qui nō habent semen uerbi dei, hoc est frustra dicuntur uiri, & neq; uiri neq; fœminæ sunt. Sūt autem hypocritæ qui frustra iactant quod non habēt, & alios decipiunt dū generare non possunt, sunt enim infrugiferi & ut dicitur Tit. 1. ad omne opus bonum reprobi. Item non uult apparere spurios, id est, contra deum deiq; præceptum natos. Sunt uero omnes iustitiarij, qui ut maxime semen habeant tamē infamia laborant coram deo zizania miscentes tritico, docētes & quærentes alio modo nasci & iustificari quā ex deo, hoc est per doctrinas humanas &c. Ecclesia uero dei solo dei uerbo siue semine nascitur & uegetatur &c. Item non uult apparere gentiles, id est, incredulos, alios ut Idumæos & Aegyptios nō ante tertiam generationem quia illi fratres sunt, Hi autem beneficiū etiam olim sub Ioseph filijs Israël præstiterunt. Sunt autem peccatores qui putant se iuste agere dum persequuntur dei populum ut Aegyptij & Idumæi gladio. Hi tandem probati & fideles facti suscipiuntur, quales sunt qui se obsequium putāt præstare deo &c. Ammonitæ uero & Moabitæ nunquā debent cōparere, Non solum enim corpora persecuti sunt Israëlitarū, sed salutem quoq; dum conduxerunt Balaam ut in Numeris legitur,

ut male diceret eis, & audita uoluntate dei ex eodem
 impio propheta de benedicendo populo Israëlitico, ad
 diderunt impie contra conscientiam ut suo consilio ex
 Balaam accepto facerent peccare horrende populum
 Israël & perire, Nu. 23. 24. 25. & 31. Hi sunt qui con-
 tra manifestam ueritatem & contra conscientiam pro
 suo comodo agunt, prædicant, suadent, scribunt, con-
 gunt ut à ueritate populus dei ad Baal, id est, cultum
 dei alienum deficiat & cadat, ut cum ipsis gentilibus nos
 gentiles & impij efficiamur. Iccirco in eternum proij-
 ciuntur ex ecclesia sanctorum, id est, ut ne post deci-
 mam quidem generationem ingredi liceat.

Quando egressus.

Promissionem habebant, deum adiutorem fore in bel-
 lis ut supra cap. 20. & alibi. Iubentur ergo deum non
 prouocare ad iracundiam, ut derelinquat eos pro-
 pter impietatem in prælio &c. 1. Cor. 9. Omnis qui
 in agone &c.

Si fuerit &c.

Imputat lex homini ubi etiam uel inuito semen periit
 & pollutus est nocturno somnio, Iccirco leue pecca-
 tum leui pena tollitur. Nocturno polluitur somnio qui
 errore deceptus, doctrinam humanam, quæ nox est &
 somnium, pro uera suscipit, id quod ad infidelitatem
 pertinet & perditio seminis ueri est, Huic nihil pericu-
 li est, modo statim expurgatus condemnet errorē,

et agnoscat ista pollutione se ad populum dei non pertinere, id quod est egredi ex castra, Ad uesperam autem lauari aqua et redire post solis occasum, est sola fide iustificari et ingredi communionem sanctorum per Christi mortem qui in fine seculorum sol iustitiae occubuit. psal. 50. lauabis me et super niuem dealbabor. Qui autem hanc immundiciem cauere uoluit cogebatur a crapula corporis et foedis cogitationibus mentis abstinere. Id quod deus requirebat in illo populo praecipue

Habebis locum.

(in bellis.

Cacare non est malum tamen offendit proximum. Iccirco tantam mundiciem requirit deus, quod enim contra proximum est sine dubio et contra deum est. Cacant in castra qui ut maxime non faciant a loqui mala tamen scandalo sunt infirmis et faciunt ut nomen dei et euangelium blasphemetur etc.

Non tradas.

Intelligo de seruo gentiliū, alioqui Iudaeus suū seruū uel iure repetere posset, nisi forte quereretur ad occidendū. Quae lex praecipit ut infirmos suscipiamus Ro. 14. Item ut ad afflictis non addamus afflictionem sed potius succurramus.

[Non erit meretrix.] Sancta

lex sed apud nos contempta, ut supra diximus.

Non offeres.

Oblationem et uotum quod ex impietate siue infidelitate uenit non uult deus. Infidelitatem fornicationem esse spiritalem supra diximus. Iccirco praecio scorti significatur.

Item

Item, non uult oblationem aut uotum ex precio uen-
diti canis, id est ex eadem infidelitate. Sic canes accipit
Christus, Non est bonum sumere &c. Et nolite san-
ctum dare canibus. Scorta sunt qui recedunt à dei uer-
bo ad suas iustitias. Canes qui lacerant, conculcant &
persequuntur dei uerbū. Omnis cultus dei & uota que
hodie iactantur ex tali precio ueniunt &c.

Non fenerabis &c.

Supra ca. 15. Iam docti à Christo Luc. 10. Scimus om-
nem hominem esse proximum nostrum, ergo ad usuram
nemini dare licet, sed dare debemus & mutuum dare,
nihil inde sperantes, ut Christus docet. Cum itaq; om-
nis homo sit frater tuus, etiam hæc lex usuram prohi-
bet. Omnis hodie frater qui uocatur cultus dei, ex usuris
emittitur, primum turpis quod emittitur, deinde quod ex usuris, ter-
tio quod pauperibus non datur, sed impietati. Itaque cultus
dei uocatur quem deus prohibet &c.

Cum uotum.] De uoto supra diximus cap. 12.

Auerte, quod scriptura uetus ubicumque de uoto loquitur,
dicitur, Cum uotum uoueris domino deo tuo. Illud quod
additur, Domino deo tuo, excludit omne uotum con-
tra legem dei. Idcirco si uoues quod contra legem dei
est non uoues domino deo tuo, & si hoc ipsum implere
uolueris impie facies. Ita non uoues domino deo tuo si
uoues te porro non honoraturum parentes, si uoues
te occisurum hominem, furaturum, dicturum falsum testi-

moniū etiā si talia iuramento cōfirmaueris. Exemplū
 esto lex superior quæ prohibet facere uotū ex precio
 scorti, ex precio canis. Quid si ex illo precio uouisses,
 num reddendū esset, quod lex dicit, Quodcūq; uoue
 ris redde domino deo tuo? Certe iā uouendo peccasti
 & reus legis factus es, magis uero impius fueris soluē
 do. Quādo quæso Dauid pœnitētia ductus est q̄ non
 occidit Nabal uirū stultum, quēadmodū iurauerat &
 malū sibi imprecatus fuerat nisi perstīisset? Tantū ab
 fuit ut perturum sibi imputaret, ut benediceret quoq;
 deo Israël, q̄ custoditus esset à malo. 1. Reg. 25. At con
 tra, nō impium dixeris Herodē qui ne perturus fieret
 occidit Ioannē? An tu putas placere deo ut ex rapinis
 & usuris & iniustis lucris uoueat ad cultū ut uocāt
 dei, cum dominus dicat, Esa. 61. Ego dominus diligens
 iudiciū & odio habens rapinam in holocaustum? Igi
 tur & hoc facies contra dei legem si uoto perpetuo te
 alligaueris deo, quod lex permittit in uno tantū loco,
 Leui. 27. & nolueris ab isto uoto solui, ut rursum liber
 fias, quod lex dei præcipit. Hic dū promittis deo non
 facis contra legē, sed dum solui non uis contra legem
 facis, & rebellem te oportet secūdū legem iudicari &
 perire. Hic uide illa tria uota quæ hodie sanctissima is
 tantur, primū esse cōtra legem, quia perpetua sunt.
 Deinde & singula etiā ipsa lege prohibita sunt. Pri
 mū obediētia illa quæ deo promittitur, sed homini ser

anda nulla est. Nā si homo iubet quod deus, nō debes
ex tuo uoto sed ex dei praecepto. Si quod est cōtra de-
um, impius es si praestandum ducis, ut uides ex praece-
dentibus. Oportet enim magis obedire deo q̄ homini-
bus. Si autē quod neq; deus uetat, neq; iubet, & tu ne-
cessario duxeris faciendū, iam uerbo dei addidisti &
facis praeceptū quod non est, id quod aequē lex prohi-
bet. Excusas. Ego promisi deo ut huic homini obediā,
non contra deum. Tuū ergo uotum inutile est & deo
& hominibus, & praeterea tibi perpetuam legem im-
ponit ubi lex te uult esse liberum in his scilicet rebus
quae neq; deus iubet neq; prohibet, sed tamen homi-
nem ab his absolui uult per legem qui se sic lege li-
gauit. Secundū paupertatis uotum nullum est si intellē-
gis Euangelicam paupertatem quam omnes debent.
Si intelligis mendicitatem facis primum cōtra legem.
In sudore &c. Deinde ut maxime egeno mendicare
liceat, tamen qui Christiani sunt hoc in fratre sustinere
non debent, non solum ergo agis contra legem dum
facis peccare fratres, qui tibi permittunt mendicare
nulla necessitate nisi uoti coactō, sed etiam impie &
contra legem doces istud esse sanctitatem si talia fō-
ueant &c. Tertium, Castitas si tibi data est frustra
uouetur, ut non dicam q̄ uix ante mortem certus
eris nisi singulariter tibi reuelarit deus, q̄ castitas
tibi data est, & dubium quasi certum uoues. Si non

Obd. Ca

Paupertas

Castitas

data est iam non solum peccata in legem scriptam, sed etiam in legem naturæ. Crescite dixit deus & multiplicamini, & benedictio legis est multiplicari &c. Vxorem non uis et tamen cupis mulierem, iam coram deo scortator es, ubi est ergo tua castitas? Hoc dico interim de sanctissimis patribus, qui à turpi opere uidentur abstinere, præter hos ferè omnes sentiunt quid uerint, nisi quæ excæcati stultis remedijs occurrunt frustra tam manifestæ insanie. Hæc omnia dixi contra illos, qui sub lege esse uolunt & ex lege sua uota defendunt, quæ etiam contra legem & faciunt & sentiunt. Itaque dum Christiani esse non possunt suis uotis (nam sunt contra Euangelicam libertatem, & impiam fiduciam habent annexam, id quod damnat Paulus in tota epi. ad Gal.) neque Iudæi sunt.

Ingressus. De hac lege supra ca. 22. de nido repperito &c. Hæc lex facit cōmunia quæ nondum sunt ex agris & uineis in domos nostros collecta, cōmunia inquā, ut illic edas, nihil auferas, edendo necessitati cōsulis, auferendo rapinam cōmittis. Et tu cuius ager est aut uinea si hoc permittis egeno aut peregrino lege cogente hypocrisis est, si libere, charitas est. Hinc in Euangelio non accusantur discipuli quæ excutiunt spicas, sed quæ sabbato &c.

CAPVT XXIIII.

Hanc legē de repudio interpretatur Christus, Matth. 19. indicans, legem non praecepisse repudiū nisi ob fornicationē, sed tantū permisisse propter duriciam cordis Iudeorū, qui implacabili odio saeuebant in uxores non dilectas, id quod lex ista sic dicit, Si non inuenerit mulier gratiā ante oculos uiri, propter aliquā fœditatē, id est, ex Heb. propter aliquid quod displiceat, scribet uir &c. ut uideas hoc permitti uiro, non praecepti. De adultera enim hęc lex intelligi nō potest, quæ lapidabatur. Verū immūdā facit hęc lex etiā corā domīno, ut nō possit reuerti ad maritū priorē, si secūdus obierit mortem uel ei dederit quoq; libellum repudij. Vt indicet dominus q̄ sancta uelit esse fœdera cōiugij ut sint duo in carne una. Illa enim mulier reuerti ad uirū non potest quæ nupsit alteri uiuēte marito. Dura quidem lex, sed dei iustitiā nobis indicat q̄ à marito deo aliqua fœditate alienatis reuerti ad eū non licet, si ad dentes impietatē alij marito nupsimus & contempta eius increpatione iugum eius abiecerimus. In qua damnatiōe tenebatur Adam cū toto genere humano, sed gratia hanc legis sententiam soluit, qua de re lege totum caput. 3. Hierē. ubi hęc lex repetitur.

Cū acceperit. Supra ca. 20. non exit in bellum qui sponsam habet quā nondum accepit in thorū, quia talis attinet &c. Hic autē praecepitur, ut primo coniu-

gij anno sit liber ab omni onere publico ut possit suae
 domui prouidere & gaudere cū uxore. Ita nouit diuina
 pietas consulere & rebus nostris & nobis. Quis
 enim nescit pluribus indigere cōiugatos q̄ alios? Aut
 quō inter ipsos cōueniet si primo anno mutua cōsuetu-
 dine sibi nō fuerint deuincti? Necessaria est iugis con-
 suetudo dum adhuc zelus & suspicio abesse nō pos-
 sunt. Hoc tamē cer.ū credo, In nullo matrimonio uerā
 esse concordia ubi uerbū dei non regnat &c. Non sic
 consulūt doctrinae demoniorū. Hec lex significat, pri-
 mū ingressos in coniugiū spirituale omni cōsolatione
 fouēdos ut gaudeant de remisso peccato & illuminata
 mente, donec discant crucē ferre, & indissolubili uin-
 culo Christo hærere &c. Non accipies loco.
 Lex seipsam interpretatur, quia, inquit, animā suam
 apposuit tibi .i. uitā, hoc est illud unde sibi quærit ui-
 ctum quotidianū, sicut illi qui uictū sibi parāt suis ma-
 nibus per trusatiles molas. Significat aut nihil accipi-
 endū loco pignoris quo interim nō possit cōmode ca-
 rere proximus. Molaris alter sine altero non prodest.
 Solicitans fratrem suū. Heb. furans animā ex fra-
 tribus suis ex filijs Israël. Lex talionis est, ut qui uen-
 dit animam, animā amittat. Quid igitur corā deo de
 seductoribus animarū? Occidētur à deo si hic occasiōē
 excōicatiōis nō resipuerint, de qua re supra dictū est.
 Obserua. Quō quæso obseruabūt se à lepra cū

fit infirmitas? Respondeo, Hec lex indicat clare illū
populū sepe percussū lepra à deo propter contem-
ptum uerbi dei, quod cōmissum erat sacerdotibus Le-
uitici generis & Moysi & prophetis, qui æque contē-
pti habebantur propter uerbum, Esa. 28. & Hier. 6.
Cui loquar &c. Sic ergo obseruabunt ne incurrant le-
pram, si non cōtempserint uerbū dei & uerbi dei mē-
nistros. Sūt enim qui quasi sancti & Euangelici dicūt.
Nos scimus æque ac ille, quid illum audimus? Hanc in-
iuriam suorum Euangelistarum & sui uerbi non sus-
fert deus etiam si externa lepra non uideatur. Vide ex-
emplum Marie, Nu. 12.

Cum repetes &c. Heb. Cum credes proximo
tuo debitū aliquod &c. Hec lex exigit ut nō tua ele-
ctione accipias pignus sed electione debitoris, qui cer-
te dabit quo cōmodius carere poterit. Verū si uideris
hoc ipsum tale esse ut lectum aut uestimentum quo ipse
egeat, redde sole cadente i. eodē die, absq; spe etiā so-
lutionis debiti. Hic enim ut maxime non poterit tibi
reddere tamē promissione dei quā hac lex habet acci-
pis longe quid dā dignius quā dederis, nēpe ut bene-
dicat tibi proximus in conspectu dei & tu coram deo
iustus inueniaris.

Non negabis.

Hec lex debitū exigit pauperi mercenario & simul
tibi cosulit, ne dum differs pauperi mercedem ipse ma-
ledicat tibi in conspectu dei qui est iudex uiduarum

et pater orphanorum et pauperum. Hic quoque repetendum est quid sit quod Christus dicit, Dignus est operarius mercede sua. Si uero hodie non indiget operarius mercede sua, non peccas in legem, si uolente eo altera die solueris. **Non occidentur.**

Secundum hoc fecit Amasias. 4. Reg. 14. Lex innocentem non condemnat. Sed quid est quod deus scribitur sepe quasi contra hanc legem faciat, ut Exo. 14. Qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus in tertiam et quartam generationem. Idem et Nu. 14. et alibi? Respondeo, Hec lex committit iudicium hominibus, qui nihil iudicare possunt quam quod nouerunt. Ceterum dei iudicium est aliud, qui uidet filios ab iniquitate patrum non discedere, ideoque simul reos uno iudicio condemnat. Et hoc ipsum Ezechiel interpretatus est ex lege dei ca. 18. Ecce omnes anime mee sunt etc. Sed cur alios reuocet alios non, eidem iudicio committimus quod est nobis incomprehensibile, Ro. 9. et 11. quemadmodum non est nostrum intelligere cur alios a peccato Adae liberet per misericordiam, alios derelinquat per iustitiam. Liberatus est qui contra hoc iudicium non murmurat etc.

Non peruerteris. Satis nota lex ex ijs quae supra saepe diximus.

Quando messueris.

Quam toleranda sit lex charitatis haec declarant. Hec enim lex ex abundantia nostra consulit egenis, id est, quo nos carere possumus. 1. Cor. 8. et 9.

SI fuerit caussa &c. Hæc lex prohibet litis prorogationē, Crescente enim & durante lite crescit odium, fatigantur litigantes & iudices, ditantur ministri, perdunt sua qui litigant, & quæ alia mala & simultates ciuium inde ueniant nostra tempora non ignorant, & præterea hic iudices litem prorogantes à deo damnantur, nisi forte non poterint perplexā discernere causam, nam tunc oportet ut ad alios mittant, ut supra dictum ca. 17.

Sin autē.] Si quis flagellari meruit huic hæc lex ita consulit ne supra modū flagelletur siue percutiatur, id ne fiat præcipit nunq̃ excedendū numerū quadragenarium, quo indicat impietate cordis humani quod ulciscendo plures plagas cuperet inferri fratri. Hic licuit decem uel uiginti plagas solū inferre. Paulus. 2. Cor. 11. dicit, A Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi, ut nihil misericordie sibi unq̃ etiam in iniustis flagellis exhibitū à Iudæis significet qui cupiissent etiā plus plagarū addere. Quod autē dicit una minus uidetur pharisaica traditio fuisse, cū ut aliquid misericordie in speciem ostenderet ita legē interpretantes, tum ut ne errādo in nūero aliquid peccaretur in legē.

Obeat] lege, appareat uel sit.

Non ligabis. Impietas nostra declaratur, quæ ut mercenario mercedē, ita & iumento uictum negat, habebant enim nōnunq̃ cōducticios boues. Salomon

quoque precipit ut nostri gregis habeamus curam. Paulus. 1. Cor. 9. Et. 1. Timo. 5. dicit, legem non propter boves, sed propter nos scriptam, ut non negemus mercedem operario et in primis victum verbi ministro.

Quando habitauerint, Lex quod ad uerba attinget manifesta est, ex qua struunt calumniam Saducei Christo et phariseis de resurrectione mortuorum in muliere, quae secundum istam legem habuerat septem fratres. Ex qua lege natam etiam credo consuetudinem in Israel, quam legis Ruth. 4. Ex ista lege soluitur multiplex questio in scriptura, quod alij sunt patres secundum legem, alij secundum carnem siue naturam, et tamen utriusque ueri patres, Tunc enim uerum patrem dixeris, quem deus patrem facit sua lege, non minus est pater quam ille qui secundum carnem genuit. Hinc Ioseph sponsus Mariae uirginis duos habet patres alterum carnis, secundum Matthaeum, qui uocatur Iacob, alterum legis, secundum Lucam, qui uocatur Heli etc. Hanc uero legem sufficit iam olim ante legem scriptam declarat detestabile factum Oni filij Iudae, Gen. 38. Interpretatur hanc legem, quod Moyses mortuus est absque filiis lege infœcunda manente, et quod Christus eius secundum carnem frater suscitavit ei seminem quod legem impleveret spiritu coelitus accepto. Id quod intellige non quod Christus filios suscitavit Moysi, sicut nec sibi suscitare uoluit filios sed deo, sed quia Moyses deo filios suscitare uoluit et non potuit, id quod

soli Christo seruabatur. Lex enī pedagogus tantū erat
 in Christū. Quid enī potuit seruus q̄ seruos generare?
 filius filios generat, Ro. 8. nō accepistis iterū &c. Nos
 quoq; interpretamur sic, Christus frater noster nō po-
 tuit habere semen. i. filios, nisi moreretur, quēadmodū
 de eo prædixerat Esa. ca. 53. Si posuerit p̄ peccato ani-
 mā suā, uidebit semen longeuū &c. hos filios cōmisit
 post mortē suscitādos per fratres suos. i. apostolos &
 alios qui semen Christi habent. i. uerbū. Hi tametsi pa-
 tres appellētur, ut Galatarū Paulus, quia tamē nullus
 ex semine eorū nascitur oēs Christi sunt quotquot na-
 scūtur, & præterea nullus eorū potest esse filius, quia
 oēs primogeniti sunt in primogenito Christo, & primo-
 genitus secūdū legē est fratris defuncti. Qd̄ si quis eru-
 buerit de semine isto & nō uoluerit gignere fratri fili-
 os expuet ecclesiā in faciem eius, nā cōfundetur apud
 se & tandē corā deo & angelis dei & oībus electis,
 Lu. 9. Qui me erubuerit & meos sermones, hūc filius
 hoīs erubescet cū uenerit in maiestate sua & patris &
 sanctorū angelorū. Ignominia uero, q̄ familia eius uo-
 cabitur familia discalceati, exponitur Ephe. 6. ubi ius-
 bet Paulus ut simus calceatis pedibus ad præparatio-
 nem Euāgelij, pacis, secūdū illud Esa. 52. Quā specia-
 osi pedes Euangelizantiū pacē, Euangelizantiū bona:
 Si habuerint. Hæc lex ut pudicitie mulie-
 ris, ita utilitati uiri consulit & posteritati ne læsus

postea generare non possit. Duo uiri inter quos nunquam
conuenit sunt fides et opera, sed ille fortior. Fidei astat
iustitia et pietas, operibus hypocrisis. Omnia hic feruntur
dum infirmi fratres pugnant adhuc pro sua hypocrisi
et superstitione ignorantes. Quae uero manus fidei
dei germen impedire uoluerit, ut hypocrisis operum
regnet, absque misericordia abscindenda est, iuxta illud
Christi, Si manus tua dextera scandalizat etc. Haec manus
excommunicatione Christiana tollenda est etc.

Non habebis. Sicut qui alio pondere et alia
mensura emunt, alia uendunt etc. Haec lex est, Quod
tibi non uis fieri, alteri ne feceris. Et Christus, Nolite
iudicare. Qua mensura etc. De omni enim hec iniustitia
intelligi, clarum est ex eo quod additur, Abominatur
etc. Haec lex repetitur, Prouer. 11.

Memento etc.] Lege Exo. 17. Deleti autem sunt
Amalechitae. 1. Reg. 15. sed illic peccat Saul, quod non obedierit
uoci dei, seruans impia misericordia et stulta cupiditate
quod non debebat. Idcirco abiicitur a deo, lege illic totum caput.
Hic non est disputandum, an propterea percussi sint, quod
primi pugnarint contra Israel, aut quod nulla necessitate
etc. cum hic sit uerbum dei de illis perdendis cui simpliciter
obedire oportet, ut maxime causam non noris, quae tamen hic
exprimitur, sed non satis est istam causam respicere, quia et alij
persecuti sunt Israel. Iudicium ergo dei est in Amale-

chitas præ cæteris. Hic habes q̄ simpliciter uox dei audienda est. etiam si contra omnem rationem & naturam uideatur quod præcipit illa summa sapietia &c.

CAPVT XXVI.

PRimitiæ omnium fructuū quas lex mandat primum soluantur obtenta terra, ut agnoscant illam terrā sese accepisse à deo & omnia quæ habent esse dei, quod est fidei, & hoc ipsum ore confiteantur uerbis ad hoc conceptis, quia corde creditur ad iustitiam, ore autē confessio fit ad salutem. Nos quoq; omnia debemus deo per Christum sacerdotē nostrum & altare, sine quo nihil acceptum deo, ne quid nostris uiribus aut iustitiæ arrogemus. Per hūc enim deus eripuit nos è regno tenebrarū & è uexatione conscientiarū, ubi qui præfecti erant à pharaone operibus nos misere torquebant, ut dicitur in Exodo, Et induxit nos in regnū fluens lacte & melle. i. gratia & pace & gaudio in spū sancto. Esa. 52. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis &c.

Syrus. Hic Iacob significatur persecutionē per tulisse à Syris quādo fame cogente quoq; sub Ioseph uenit in Aegyptum, quā tamen persecutionem alia historia tacet. Nā ad Laban, quod Lyranus putat, hæc nō pertinent. Ita sanctos suos deus etiam per tentationes seruat miro modo. Legitur & ante odia concitasse cō-

tra se Syrorum eversa per filios Sichem ciuitate, sed deus terruit propter eum omnes qui habitabant in circumitu, ut dicitur Gen. 34. 5.

Quando compleueris &c.] De hac decima tertij anni dictum supra ca. 14.

Attuli quod sanctificatum est, id est, quod in usus domini reposui pro pauperibus &c. Sed nunquid haec uerba sunt pharisaica, sicut illa, Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quae possideo &c. Respondeo, Non. Primum quod dicit, Feci omnia &c. Solum intelligitur de ista decima tertij anni, ut res ipsa & uerba indicant, non de omni praeepto legis. Deinde haec uerba praescribuntur & iubentur a deo, ut dicat is qui dedit decimam tertij anni coram deo apud semetipsum. Et non simile est quod pharisaica superbia praesumit illi quod deus praescribit. Praescribitur autem, ut hic propria conscientiam arguat ubi senserit se non ita fecisse. Preterea non se iustum dicit quia ista fecit, sed simpliciter dicit se fecisse quod iussus est, & iustitiam precatur adhuc & benedictionem, dicens, Respice &c. quam phariseus se iam habere arbitrabatur, dicens, Non sum sicut ceteri hominum. Itaque & hic uides quod Christus docet, Cum omnia feceritis quae praeepta &c. Qui locus docet opera non iustificare.

Hodie dominus &c. A duodecimo capite usque ad hunc locum observationes quasdam & leges & iura do-

cuit. Quæ uero nunc usq; in finem libri sequuntur maledictiones sunt transgredientibus præcepta & benedictiones seruantibus. Et inter hæc insignis locus penitentiae est ca. 30. Concludit ergo post leges, dicens, Hodie &c.

Dominū elegisti.

Ergo ne nostra electio præuenit dominū? Vide quod sequitur, En dominus elegit te hodie &c. Tunc eligimus dominū quādo incipimus credere uoci eius, id quod nō possumus nisi ipse prior nobis uocē suā offerat. Unde Christus, Nō uos me elegistis, sed ego elegi uos &c.

Peculiaris] supra cap. 7. & 14.

In laudem & nomē & gloriam suā, hoc pertinet ad uerbum faciet, non ad uerbum creauit. Ad hoc exaltat deus fideles ut ipsius nomen sanctificetur & ab ipsis & à gentibus quæ uidēt bonam fidelium conuersationē, ut est in epistola Petri, Non ut nos magnificemur & pharisaica intumescamus superbia, qui nihil sumus, & ex sola dei gratia sumus id quod sumus, quemadmodū de se dixit Paulus.

CAPVT XXVII.



Riges. Hic primū locus est quē eligit dominus, ut ibi inuocetur nomen eius, qui postea electo alio abrogatus est, nam unum tantū uoluit dominus, ut supra dictum. Hic uidetur esse ille mons, de quo mulier Samaritana dixit, Ioannis. 4. Patres nostri in

monte hoc adorauerūt &c. Porro q̄ iubet in magnis lapidibus scribi praecepta Deuteronomij, idem significat qd' deus scripsit in tabulis lapideis &c. Litera erat & dura corda, non dū spiritus, ut supra dictū. Quod uero altare nō uult fieri ex lapidibus arte humane leuigatis & fabrefactis, sed ex informibus ut creati sunt à deo calce leuigatis, sine dubio significat, q̄ deus nullum cultū uult nostra industria paratū, ut nō cogitemus aliquid prestare deo nostris operibus, nostro proposito aut libero arbitrio, quæ meræ sunt hypocrises & seductiones &c. Hæc oīa legis impleta ioseph. 8.

Hi stabunt. Quare etiā super mōtes nō procul à Hiericho ponātur maledictiones & benedictiones diximus in fine cap. 11.

Cecū etiā errare facit qui ignorantē prauā doctrinā seducit. Est autē praua doctrina quæ nō est uerbū dei. Hinc illud, Si cæcus cæcum. &c. Et finite illos &c.

Clam percusserit. supra. 21. Item clam occidit qui doctrinas demoniorū, id est traditiones humanas, docet quæ est occisio animarū, & tamē nihil minus quā occisor uult uideri &c.

Maledictus qui non permanet &c. Hic pronunciant cōtra se sententiā damnationis, sed tamē deo iubente, qui uult nos suā confiteri ueritatē etiā contra nos, ut fateamur nos esse damnatos. A qua maledictione nemo liberatur nisi per Christū, qui tūc expecta-

expectabatur ut in semine Abrahæ benedicerentur
cunctæ cognationes terræ, quæ promissio benedictio-
nis futuræ æque nobis maledictionem nostram indica-
uit. Itaq; lex fuit pedagogus in Christum, ut ex fide ius-
titia daretur & uita credentibus, quæ ex operibus le-
gis dari non potuit. Vide reliqua in hunc locū in com-
mentarijs D. Martini, Gal. 3.

CAPVT XXVIII.



E his benedictionibus diximus cap. 7.
Sunt autē hæ benedictiones & corpo-
rales & spirituales. Spiritualem enim
esse quis dubitat eā quæ promittit. Su-
scitabit te dominus sibi in populū sanctū &c. Ita ma-
ledictiōes non solū sunt externæ, sed etiam internæ,
ut illa, Percutiet te dominus amentia &c. qua plaga al-
ludit ad tenebras palpabiles Aegyptiorū, quæ non so-
lum non uidere permittebant sed ne ire quidem. Hor-
rendū istud est ita abiecto dei uerbo fieri amentem &
excacatum. Exempla hodie uidemus.

Increpationē, maledictioē, ut nihil recte pro-
ueniat. Nota q̄ dicit, propter adinventiones tuas pessi-
mas quibus reliquisti me. Non uult deus ut relictā uia
regia uerbi sui sequaris cōsilia cordis tui, sicut ferē ho-
mīe fit in omni dei, quē uocant, cultu. Et iudicium dei
horrendū est sic relinquere, ut in psal. Ibunt in adin-
ventionibus suis.

K

Adiungat &c.] Omnia ista uerba possunt ut praecedentia in futuro legi &c.

Immoletur] mactetur uel mactabitur. Ducetq; hoc factum in captiuitate Babylonica, ubi legis de quorundam Hebraeorum pietate ut Danielis, sed certe pauci fuerunt. Quid uero dicemus de impietate decem tribuum quae abductae nunquam reductae leguntur. An putas inter gentes meliores uixisse quae in sua terra semper impij sine a morte Salomonis uixerant? Aduena &c. Exemplum in Samaritanis. 4. Reg. 17. Ut interim non dicam Maledictione Iudaeorum gentes sublimatos, Ro. 11.

Quonia non audisti. Haec est causa omnium maledictionum, quod non audierunt uocem dei. i. non crediderunt deo, Et ideo quoque reliqua facere non potuerunt, quae nemo facit nisi qui credit, cui deus non imputat per fidem quicquid non facit aut malefacit. Talis enim tunc fuit deus credentibus qualis est nunc, nisi quod nondum palam facta erat uia sanctorum, uel ad sancta, ut dicitur in epist. ad Heb.

Aduerte, quod deus illi populo quasdam horrendas supra fidem et opinionem humanam plagas exhibuit, ne gloriaretur impij sese impune contempsisse uerbum dei, aut calumniarentur uerbum dei esse mendax, quemadmodum illi Esa. 28. &c. Quaedam et ferè omnia quae sequuntur testatur Iosephus uenisse super illum populum in nouissima sub Romanis captiuitate.

Eo q̄ nō. Impietas in abundantia rerū discedit
 à deo ubi à deo prouocatur beneficijs, ut infra in can-
 tico. Incrassatus &c. Solitudine enim rerum incipit
 torqueri, & quicquid boni uidetur facere hypocrisis
 est, quæ in hilaritate animæ deo seruire nō nouit, ut ali-
 bi diximus, cor enim iam alijs adhæret &c.

Dabit em̄ tibi dñs ibi cor pavidū &c.
 Hæc est maledictio Cain, & omnium qui non deū sed
 homines timent & sua damna. Psal. Illic trepidauerūt
 &c. Quæ impietas etiam nostra qui uidemur credere
 increpatur Esa. 51. Quis tu &c.

CAPVT XXIX.

Admonet hoc caput carnem nō posse in-
 telligere quæ dei sunt, ut maxime omnia
 miracula uideat, quæ enim possunt esse
 maiora q̄ quæ in Aegypto facta sunt &
 in mari rubro &c. & tamē Moises dicit ea nō intelle-
 cta à pp̄lo, quia dominus nō dedit cor intelligens &c.
 Caro ut nō suscipit uerbū dei, ita quoq; non intelligit
 opera dei, quæ solus spūalis admiratur & capit siue
 creationis sint opera siue redemptionis, quō enim is
 ignorare potest opera dei qui spiritū dei sentit in sese
 operantē? De alijs dicitur Esa. 6. Excaca cor &c. Et
 in psal. Quoniā nō intellexerūt in opera domini &c.
 Et itē, Obliti sunt dei qui saluauit eos, qui fecit mira-

bilis in Aegypto, terribilis in mari rubro. &c. Historia Exo. & Numerorū hac satis indicat quā non intellexerūt &c. Deinde ubi dicitur, Vos enim nostis &c. terret dei iudicio trāsgressores usq; in finem capitis, quod iudicium iam uenit super eos & prādictū est, Hiere. 7. & 3. Reg. 9. eque ut hic &c.

Præter illud.] Ergo hic liber dicitur Deutero. &c. Adduxit.] supra ca. 8. Et uenistis.] supra ca. 2. & 3.

Nota, Custodite & implete, ut intelligatis. Qui implent mādata illi soli intelligunt ea. Et addit, Ut intelligatis uniuersa quæ facitis, quæ lex uult ut oīa quæ facimus, ex fide faciamus. Hypocritæ nō intelligunt quæ faciunt. Rationem enim uerbi dei, ex quo solo sapiunt quotquot uere sapiunt, nō habēt. Exceptis &c. Heb. Aduena qui tecū moratur in castris à lignorū castris usq; ad eos qui cōportant aquas. Vulgus enim promiscuū ex gentibus ascenderat ex Aegypto cū filiis Israël, Nu. 11.

Vos enim nostis. Veretur in suis idololatriam, iudicio dei terret.

Cūq; audierit. Hi proprie sunt contemptores uerbi, qui dicūt Esa. 28. Flagellū mundans &c. Pactū fecimus cū morte &c. Et. 2. Pet. 3. Venient in nouissimis diebus illutores &c. Hos manet iudicium dei, cæterum eos qui exterius uidentur idololatræ supra cōmiserat hominibus etiam iudicandos iudicio gladij.

Assumat ebriā sitientē. Illos qui aliā docent

Iustitiam quā dei, ebria mulieri comparat, quemadmo-
dum & Esaias qui dixerat cap. 28. Verū hi quoq; prae-
uino nescierunt &c. Obstupescite & ammirari &c.
dicit cap. 32. Mulieres opulente surgite & audite uo-
cem meā, filiae confidentes &c. Obstupescite opulen-
te, conturbamini confidentes. Sunt enim ebrij & infa-
tuati & effœminati facti suis superstitiōibus & doctri-
nis demoniorū, & assumūt sitientē. i. eam animā quae
cupit doceri, de quibus Paulus, Semper discentes &c.
iam enim hoc docetur, iam aliud & docendi non erit
finis, & oīa uanitas & error sunt dū ad ueritatis noti-
tiam nō peruenitur.

In exemplum.

Iudicia exterius oculis humanis exhibita representāt
nobis iudicia dei quae caro uidere non potest. Hinc ad
illa in scripturis saepe alluditur, ut in psal. Pluet super
&c. alluditur ad subuersionē Sodomorū. Alibi, Descen-
dant in infernū uiuentes, alluditur ad absorptionem
Dathan & Abiran &c.

Et Iudaei & gentes hodie dicunt, Iudaeos propter
impietatem esse abiectos &c. [Et quibus.] Heb.

Et quibus nihil est attributum. i. qui nihil possunt &c.

Abscondita &c. sic & in psal. Qui annūciat
&c. Cui plus cōmissum est plus requiretur ab eo. Non
frustra sacramentū suae cognitiōis reuelat, à quo quē
retrolabūtur melius ignorassent. 2. Pet. 2, Non tamen
sine culpa fuissent si ignorassent. Nam iudex tollit etiā

et metit ubi non seminavit, Id quod non debet nos ad contemptum animare, ut illum seruum nequa qui non dedit pecuniam domini sui ad usuram, sed potius timorem nos docere.

CAPVT XXX.



Ic est insignis locus contra hereticos qui negauerunt poenitentiam lapsis. Iudei ex captiuitate Babylonica reducti sunt in terram suam, illi, ut ait Esdras, quorum deus tetigerat spiritum. Hoc est illi reducti sunt in possessionem terrenam qui ante iam in animis reducti erant ad deum. Hodie reduci non possunt nisi spiritualiter, id est, ut redeant ad deum et accipiant benedictionem in semine Abraham promissam et hereditatem patris sui Iacob, ut dicitur Esa. 58. cum circumciderit dominus deus praeputia cordis eorum, ut dicitur hic etc.

Mandatum hoc quod.

Duplicem iustitiam scribit Paulus Ro. 10. Alteram legis siue operum quae impossibilis est humanis uiribus, ergo nulla est, nam foris incipit et ad ueram iustitiam quae cordis est non peruenit. Alteram fidei per Christum quae corde credit et ore confitetur. Haec est impletio legis: quemadmodum dicit, Finis. i. impletio legis est Christus. Hanc fidei et ueram iustitiam quae est uita aeterna, non solum huius temporis uita in qua uiuebant operarii legis, ait Paulus hoc loco à Moise esse descriptam. Ait

ergo. Mandatū hoc quod ego præcipio tibi hodie non est supra te. Hinc qui solent conspurcare scripturas asserunt liberū arbitrium & vires humanas dicentes. Non est supra te, id est, supra vires tuas, ut non possis implere sed facile est, cum hoc non agat Moyses, qui se exponit quid dixerit, Nō est supra te neq; procul &c. dicēs, sed iuxta te est sermo ualde in ore tuo & in corde tuo ut facias illum. Non dicit, In uiribus tuis est & in tua potestate, quāq; certe tunc impletur quando fuerit in corde per dilectionē sicut lex exigit & in ore per confessionem, sed hoc alienis uiribus non tuis affectus es, id est, dei dono ut diligas & cōfitearis. Tunc Moyses cessat amplius exigere uidēs se assecutū quod querebat, quemadmodū Christus dicit, legem & prophetas esse dilectionem dei & proximi. Est itaq; sententia. Non supra te est &c. Id est iam adest tibi & reuelatur & prædicatur, ut non excuses &c. Id quod apertius hic dicitur quā ut negari possit. Et non negligendū quod dicit Vt audiamus atq; opere compleamus, si illud præcesserit hoc sequetur sua sponte aut certe pro completo opere nobis à deo imputabitur. Audire uero in scripturis est corde suscipere, id est, credere omni uerbo dei & fidere eius promissioni.

Confidera q̄ hodie &c.

Exigit lex quæ donare non pōt, nimirū iustitiam uerā. Iccirco tenet omnes homines sub dānatione. Christus.

autem superauit hoc sceptrū exactoris, Esa. 9. Quod autem cōcludit, Elige ergo &c. eandē exactiōem significat. Hoc enim qd' dicit, Elige, tam est in tua potestate quā hoc quod dicit, Dilige. requirit autē hoc uerbo uoluntatē ut in Psal. 1. scriptū est. Sed in lege &c. & plane idem dicit quod post eum omnis propheta, nempe se cor requirere non hypocrisim operum.

Ipse.] Heb. Istud.

CAPVT XXXI.



Substituitur Iosue, de quo supra dictū est cap. 1. & 3. Et præcipitur Deut. legi septimo quoq; anno omni populo ut diximus in principio libri, Deinde usq; ad finem capitis prædicitur populus à deo suo recessurus.

In tabernaculo testimonij dicit. Nā hoc testimoniū & signum erat q; habebāt deum eiusq; uerbū inter se, secundū promissionem. Habitabo in medio uestri. Itē Exo. 25. Inde præcipiā et loquar ad te super propiciatoriū. i. Christū &c. Præterea tunc nube tectus apparuit, qui olim uenturus erat Christi humanitate tectus, & qui occulto spiritu non tamen occulta operatione illabitur mentibus credentium.

Fornicabitur &c.] Hæc indicat liber Iudicum & regū &c. [Abscondam &c.] id est excæcabitur, ut amplius meam ueritatem non uideat &c.

Nunc itaq; scribite.

Sicut supra iussit pronunciare maledictiones & benedictiones, ita nūc quoq; iubet ut frequenter in populo cantetur canticū quod describit cap. sequenti in testimoniū illis q; sic egerit deus cum illis, & quod illi cōtra deliquerint eum. Itaq; lex hoc ius sibi seruat q; semper reas uult agere impias conscientias ne impune recedāt à deo, semp uult obstrepere & occinere nobis nostrā impietate. Non liberabimur ergo nisi per legis satisfactorem. [Cūq; comederint.] supra cap. 28. & infra in cantico. Incrassatus etc. **Tollite librum.**

Leuitis qui portāt. i. sacerdotibus leuitici generis precipitur ut accipiant librū & ponant in arcā. Hoc est quod ministri uerbi ipsum uerbū dei debēt ponere in ecclesiā quā eodem uerbo portant. Idem enim significatur q; lex secunda siue deuteronomiū ponitur in arcam, quod quādo secunde tabule in eandē ponūtur, id quod supra indicauimus. Sed ut pijs uerbū dei prædicatū est salus & gaudium spūs, ita impijs nihil aliud est quā testimonium contra ipsos, id quod est propriū legis officium, ut supra diximus, id quod hic uides.

Adhuc. [Si quādo prædicatur uerbū dei contēnitur deus, quid fiet ubi deus abstulerit uerbū & uerbi minē

Congregate. omnem mouet lapidē, strūe ut non obliuiscatur dei, dat ceremonias, signa facit in uestibus, in ostijs domus, in manibus, iubet benedictionem

nis & maledictiōis pronunciare sentētiā, & canere canticū, contestatur, adiurat &c. atq; hæc oīa iubente deo, sed frustra, ut uideas quid sit natura absq; spiritu, ut erubescamus de nostris adinventionibus &c.

CAPVT XXXII. Canticū Moysi.



In hoc cantico Moyses inuocat, ut supra, contra transgressores cœlū & terram qui benignitate dei facti erant dei populus præ cūctis nationibus terræ, prophetañs q; in rerum omnium abundantia ubi uel maxime oportebat beneficū patrē agnoscere recessuri sunt à deo ad alienū cultum & alienā fiduciam, ut irritent deū aduersum se donec perdātur. Resipiscētibz uero etiam post iram dei gratiā promittit quæ est etiam gentiū salus ubi cœperint reuelata ueritate errorem agnoscere & iustitiā sitire. Hoc itaq; canticum iubetur frequenter canere ut cognoscant in quo statu sint ipsorum res, arguente uel defendente conscientia.

Audite cœli. Quia impij contemnunt uerbū, testes uocant propheta contra eos oēs creaturas q; eis prædicarint. Sic & Esa. 1. & Hier. 6. Et Paulus dixit Act. 20. Mundus sum à sanguine omnium &c.

Concresecat &c. Etiam Esa. 55. Imbri & niui è cœlis foecundanti terram comparatur dei uerbum.

Inuocabo. Scilicet contra transgressores, uel, Canticū noīs domini canam. [Date.] Sentētia est, Deū

glorificate qui in oībus uīs suis iustus est, & uos accusate iniquitatis. Hac enī sola conditiōe cōueniet uobis cum eo. [Perfecta] .i. quæ in nullo possunt accusari.

Iudicia, scilicet sunt. Id est nihil iniquitatis habēt sed quicquid ipse facit iuste facit & nulli facit iniuriā. psal. Iustus dominus in oībus uīs suis. Et nō filij. Esa. l. filios &c. Memēto. Hæc est utilitas libri Gen. & Exo. ut uideamus quā dilexerit patriarchas & illū populū ex cuius carne nobis parauit benedictiōe omniū gentiū &c. [Pars autē.] Id quod sæpe supra dictū. [Iacob &c.] .i. sorte accidit domino, metaphoricos hoc dicit, ut quādo diuiditur hereditas, pars quedā mihi, pars alijs accidit, pars agri funiculo mihi, pars alijs metitur. ut tūc diuidēdi agri mos erat.

Inuenit &c. [Nō intellige de persona Iacob sed de populo Iacob, quē sibi in deserto inuenit postq̃ ē mundo Aegyptiorū segregauerat. ut dicitur Exo. 19.]

Constituit. [Hoc dicitur de terra promissa quæ fuit lacte & melle &c.]

Vt suggeret &c.

Sicut ante aquam ex petra ita iam oleum & mel acciperent. Id quod & in psal. dicitur. Cibauit eos ex &c. Putant in ea terra nidulari & mellificare apes in petris. Item alij ex mōtibus petrosis exurgere arbores in quibus mellificent, & similiter oliuas unde oleum accipitur. Item alij referunt ad uasa saxeā & amphoras in quibus hæc sibi illic recondant. Quid si dicam, Eos

hæc beneficia illic nō suscepisse nisi ex deo & dei benedictiōe, quēadmodū lex dicit, cum nō semel in cantico hoc ex Heb. deus Petra dicatur, quēadmodū & sepe in psalmis. Ego prouocabo &c.

Hoc est quod quandoq; monui, prophetas scilicet longius respicere quā uidentur. Nō enim hic solū dicitur de gentibus quibus inuiderunt Iudæi à deo exaltatis quando dōinatæ sunt ipsorū, ut de Chaldeis & Assyrijs legimus, sed multo magis de gentibus cōuersis ad Christū, quādo inuidia contabuerūt q; gentes uidebantur à deo amari, ipsi autem reijci. id quod historia Act. Apost. testatur quomodo zelo ducti sint cōtra gentiū salutē & apostolicā doctrinā. Ita hunc locū interpretatur Pau. Ro. 10. Et ca. 11. ait. Si quo modo ad æmulandum prouocē carnem meā. Sic & de alijs maledictionibus quæ sequuntur intellige, scz q; respexit non solū in hanc uel illā poenā aut captiuitatē sed in omnis legis maledictiones qua puniuntur intus & foris in omnibus creaturis & terrore iudicij usq; ad iudiciū nouissimū. Sic enim incipit, Ignis succensus est &c.

Pauor cōscientiæ,] propter iudiciū dei quod sentiunt contra se, nec inueniunt qua euadant, quia euangelium nesciunt. [Sed propter iram.] ut uides in

Assyrio Esa. 10. & 36. & 37. [Distuli,] non abstuli, uel cessauī à iudicio meo, nisi resipiscant, quod cupio, utinā saperent &c. Gens] id est, populus

hic iudeorū (ne putes contra ethnicos dictū) est absq;
 cōsilio quia uerbū dei reijcit, secundū quod spiritalis
 homo dyjudicat oīa, ideo & sine prudētia siue potius in-
 telligentia est, excæcatus enim ruit in omnia scelera, &
 ubi perijt salus mentis. i. fides in deū se suāq; non per-
 dere non potest, illic etiā ubi maxime sibi sapiens uide-
 tur, iustitiā enim spiritus eandē putat cum iustitia &
 sapientia carnis & ciuili siue legū humanarū, quæ est
 hodie horrenda excæcatio etiā illorū qui sibi euangelā
 ci uidētur. Hic & illic uerentur periculū in causa uer-
 bi dei, & trepidant impij ubi nō est timor, nunq̃ magis
 perdita fuit res pub. Iudeorū qui tūc erāt populus dei,
 quā ubi suis rationibus & sapientia excæcati simpli-
 cem ueritatē nō ausi sunt sequi. Si à ueritate stamus do-
 minus pugnat pro nobis. Si à nostris rationibus, cæci
 sumus & duces cecorū & stulia sapientia in foueā ca-
 dimus, Dominus enim cōfundit & stultā facit sapien-
 tiam huius mūdi. Sūt hodie qui uolūt uideri uerbi dei
 amatores, qui ubi audierint q̃ euāgeliū nemini aufert
 sua, nemini facit iniuriā, & q̃ quidā uolūt ex contēptu
 ceremoniarū pij uideri, addūt etiā suas præscriptiōes
 longi temporis & nescio quæ alia. Et ex his oībus con-
 cludūt. Impietatē oportere manere, quā tamē ipsi ex
 his argumentis impietate non uolūt uideri. Ergo ne o
 boni & euāgelici uiri si qui post reuelatā ueritatē uo-
 lunt manere in impietate, hoc est in ijs quæ pugnat cū
 uerbo dei, nos debemus eos iuuare & dare nostrā rō

cuniam & adorare sanctos hypocritas et auri uentrisque cultores? Vos autem nunquam intellexistis ueritatis uerbum de quo gloriamini, aut cum talia nitimini persuadere contra conscientiam turpes estis adulatores & Satanae ministri plusquam papistae. Utinam, inquit, saperet secundum dei uerbum, & intelligeret iudicio spiritus omnia quae agunt, & nouissima prouideret siue maledictiones transgredientibus siue benedictiones obseruantibus dei uerbum.

Quomodo persequeretur, uel persequetur. Leuit. 26. fugietis nemine persequente. Item, Et qui de uobis remanserint &c. Et Esa. 30. Mille homines a facie terroris unius, & a facie terroris quinque fugietis &c.

Dij eorum] scilicet qui recedunt a deo, ne de solis gentibus hoc accipias, quandoquidem hoc canticum in testimonium Iudaeis scriptum est non gentibus.

Et inimici nostri,

Siue Iudaei impij siue gentes, sunt iudices, scilicet haerentium, quod deus noster non est ut dij eorum qui fecit magnalia in Aegypto, terribilia in mari rubro &c.

De uinea &c.] prosequitur maledictiones in impios ut coeperat. quod dicitur. Maledictio Sodomorum & Gomorrae ueniet super ipsos ut supra cap. 29.

Mea est ultio.] Ex hoc loco docet Paulus Ro. 12. Si dei est uindicta. Ergo ne quare uindictam, noli tibi usurpare quod dei est, & multa pace frueris etiam multa ab aduersario passus. Iuxta est dies perditionis. Ut maxime qui cantat contineat caetera, tamen nisi de-

mens hoc contemnere non potest.

Et in seruis.] Id est, illos recipiet qui seruos se dei agnoscunt, etiam post peccata &c. In quo pœnitentia predicatur resipiscētibus.

Leuabo. Horrende iurat deus, quæ est certa ī inimicos dei. i. persecutores uerbi eius & dei confessorū, sententia æternæ maledi-

Cruor, captiuitas, nudatum caput, tres (et) ionis. plagæ sunt. Caput regnū est & sacerdotiū, crinis gloria capitis est. Itaq; hic gloria regni & sacerdotij eorū casura & peritura scribitur. [Laudate Heb. Iubilate

te gentes cū pplo eius. Hinc Pau. ad Ro. 15. gētes æque pertinere docet ad sanctificationē noīs domini, modo à gētilitate resipiscāt, ac Iudæos qui tūc dicebātur populus dei.

Quia sanguinē seruorū suorū, non solū Iudæorū piorū sed & omnū qui deū colūnt & adorant in spiritu & ueritate, qui persecutionē patiūtur ppter iustitiā. Id qd' hostes ueritatis nō credūnt sed sentiēt aliquādo &c. **Nō incassum &c.**

Hoc dicit cōtra uerbi dei cōtemptores & qui cogitāt. Deus est misericors ut cūq; uixeris. Itē contra illos qui cum audiūt legis abrogationē somniāt sibi libertatem carnis, quasi à sententia dei per aliū possis liberari quā per deū, qui à seruitute legis liberat dū ex seruis filios facit per fidem. Vbi enim spūs domini ibi libertas &c.

In montem Nebo.] Vide infra cap. 34.

Hic uides uere peccasse Moysen & Aaron ad aquas cōtradictōis, ut uidetur impurū fuisse & legislatorem

et legisacerdotiū. Stultū ergo fuerit sentire q̄ lex iustificat, multo stultius q̄ adinuētiōes humanæ. Solum Euangeliū iustificat cuius autor et sacerdos est absq̄ omni peccato filius dilectus, in quo pater bene sibi cōplacet etc. Iairco neq̄ Aaron, id est, sacerdotium carnale, neq̄ Moyses, id est lex, pōt introducere in terrā à deo promissam, sed Iesus Christus, ut alibi diximus.

Non sanctificastis, nō predicastis fidēti cor de gloriam meā et fiduciā in me, sed infideliter dubitastis, quēadmodū in psal. de Moise dicitur, Et distinxit in labijs suis etc. ut supra quādoq̄ diximus.

Iungeris populis tuis, Moyses et Aaron pena plectuntur tēporali ne ingrediantur in terrā promissam, nō tamen abijciuntur à deo, quia sancti sunt, id est, credētes. Certe nō erant credentes quando dubitabāt. Atq̄ hæc exempla sunt nostri cōsolatio. Stultum predicatorū uulgus nobis peccata sanctorū abscondit etiā manifesta, scriptura uero nobis ea prodit etiam occultissima, ut in Moise, in Ezechia, in Iob etc. Iairco nūc collecti ad patres suos scribūtur et ad populū suum. i. ad Adam, Noe, Abrahā etc. quēadmodū et de Abraham scriptū legis, quia in fide defuncticū patribus suis resurrectionē expectāt p̄ semē illud promissum. i. Christū Iesum. Iairco recte Sinū Abrahæ appellaueris hāc in fide requiē. Nā Abrahæ fides de semine eius suscitādo ī quo benedicerētur cūctæ cognationes terræ in scripturis præ ceteris prædicata est etc.



Moyses moriturus benedicit, quia benedictione domini consequi non possumus, neque iudaei neque gentes, nisi lex moriatur in nobis, id est, abrogetur ut amplius non sit conscientia de peccato, ut tametsi peccatores simus, ipsa tamen non amplius habeat ius et autoritatem nos damnandi. id quod non fit nisi per Christum, Ephe. 2. Col. 2. Iacob uero moriturus, Gen. 49. non benedicit, sed praedicat. Sic enim ait, Congregamini ut annunciem &c. Itaque quorundam maledictionem, quorundam benedictionem praedicat, quia uidebat ex sua progenie quosdam deo credituros, quosdam ex cecandos. Non ergo pugnat, quod hic Moyses benedicit omnibus, illic Iacob maledicit quibusdam. Maledictiones docent quid meriti sint, benedictiones quid deo debeant. Nec mireris, quia et nos omnes sub maledicto sumus damnati legis sententia a deo, et tamen quotquot credunt ex hoc maledicto per Christum aeterna benedictione eripiuntur.

Dñs de Sina uenit, nam illic dedit legem. Et de Seir ortus est nobis, Nu. 20. et 21. Nam illic murmurantibus immisit serpentes ignitos et clamantibus ad se per Moysen ostendit mysterium redemptionis in serpente Aeneo exaltato, Ioan. 3.

Apparuit de monte Pharan, Nu. 10. et 11. ubi requieuit nubes et populus postquam a Sina abierat, illic dedit dominus coturnices et appellatus est locus sepulchra concupiscentiae.

Et cū eo sanctorū milia. Angelorū multitudinē intelligunt. Ego autē sanctos, de quibus sequitur, Oēs sancti in manu eius, significantur enim oēs electi esse cū deo, nō solum qui tūc erant in deserto quorū multi erāt increduli pro tēpore, sed etiam quotquot ab origine mundi usq; ad finē ipse nouit, omnes sunt apud eū, quorū pars erant illi tunc in deserto.

In dextera illius ignea lex ad eos. Alijs lex litera manet, sanctis uero, id est credentibus, ignis est spiritus dei ardens in cordibus, qui est amor & recta uoluntas in dei lege. Ceterū nisi ignis legis ardeat in corde, foris est lex ignis horrendus qui cor fugere faciat à conspectu dei, quemadmodū supra de igne montis Sina horrendo uides, & Gen 3. De flāmeo uibrātiq; gladio qui nō permittit ingredi in paradysum.

Dilexit populos. Heb. Qui sit ut tantū diligat populos? Prouer. 8. Deliciæ meæ esse cū filiis hominū. Ephe. 1. Dilexit nos in Christo ante cōstitutionē mūdi. Nō nostro merito aut iustitia nos suscipit, sed quia ipse diligit &c. Ibidē, Fecit nos dilectos ī dilecto filio suo.

Omnes sancti in manu eius sunt, siue ergo nobis bene accidat, beneficium patris est, siue male, bona uoluntas patris est, qui quos amat, corripit. Omnia electis cedunt in bonū, quia in manu dei perire nō possunt. Ioan. 10. Sicut nemo potest ex manibus patris rapere, ita & nemo ex manibus meis rapere potest,

quia ego & pater unum sumus.

Et qui appropinquāt pedibus eius accipient de doctrina eius. Id est, qui ad pedes dei cadunt non solū inuocantes, sed etiā suę sapiētię resignantes, quę est stulticia apud deū utcūq; splendida sit hominibus, qui, inquam, sic humiliantur in conspectu dei, docebūtur, & illuminabūtur à deo ut sint θεοδιδάκτοι, alioqui ministerium uerbi per hoīes nullū erit, quo tamē medio uult deus ad hoīes uti. Sic Maria in Euangelio sedens ad pedes Iesu audit uerbum eius &c. Sūme est nobis hoc ipsum notandū, Nisi enim reliqueris tua non poteris quę dei sunt accipere.

Legē pręcepit nobis Moīses hęreditatem multitudinis Iacob, Id est, quę lex est hęreditas populi Israēl, sicut psal. 104. Et statuit illud Iacob in pręceptū & Israēl in testamētū eternū. Verū ex Heb. potes istos casus quoq; sic legere, Legē pręcepit nobis Moīses hęreditati multitudini Iacob. i. nobis qui sumus hęreditas & congregatio Iacob.

Erit apud rectissimum rex, Id est, deus erit rex & gubernator apud rectissimū. i. credētē Iacob, cū oībus principibus & tribubus Israēl. Ex Heb. hęc longe aliter sic, Et erat in plenitudine regis & cōgregabat principes populi cū tribubus Israēl, Id est, Moīses erat dux & doctor in pplo Israēl qui ppl's est plenitudo sui regis. i. Messia, qui caput est, & corpus eius

plenū sit & adunatur ex mēbris ecclesiæ, Eph. 1. &c.
Benedictio Ruben. Ruben primogenitus erat,
 sed quia fœdauit cubile patris sui, Gen. 35, translata
 sunt primogenita ad filios Ioseph, Ephraim & Manas-
 sem, & regnū ad Iudam, ut dicitur 1. Para. 5. Lex uer-
 o sacerdotiū & primogenita transtulit ad Leui. Con-
 solatur autē hic Moyses tribū Ruben, cū dicit, Viuat ru-
 ben, & nō moriatur. i. nō pereat hæc tribus ē numero
 filiorū Israël, tamen pauco numero sit, id quod addit,
 ut ueritas uerbi Iacob maneat, qui dicit, Non crescas.
 Id quod tamen ex Heb. clarius legitur, Non excedas,
 uel non sis superior. i. ablata tua primogenitura sis ut
 unus ex posterioribus fratribus. Quid hæc, nisi q̃ Isra-
 el quē reputabat deus primogenitū, ut uides Exo. 4,
 abiectus est secundū carnem, ut electio cōsequeretur
 salutē, Ro. 11. quæ iam habet & regnū & sacerdotiū,
 1. Pet. 2.

Benedictio Iudæ.

Audi domine orationē Iudæ inuocātis te pro populo
 tuo in prælio, & introduc eū ad populū suū. i. confor-
 ta eū ut dux sit populi, tu constitue eū super populum
 ducē. quā interpretationē genuinā puto, ut cōueniat
 cū uerbis Iacob, imò cū tota scriptura de regno Iudæ.
 Lyranus autē putat de introductiōe ad populū in mor-
 te, quæadmodū supra de Moise & Aaron dictum est.
 Vnde sequitur, Manus eius pugnabūt pro eo, scilicet
 populo &c. Atq; hic uide incōprehensa dei iudicia, ut

dicit Paulus, Ro. II. ut non gloriatur in conspectu eius
ois caro. Omnia sunt exhibita carnalibus tribubus quæ
dei uerbū promittit, quæ & fuerūt carnales pmissio-
nes, Iacoco & æterna data esse nō potuerūt. Verū ad
solū Iudam ita oīa translata sunt, ut apud eū in æter-
num maneāt in Christo Iesu domino nostro, qui est fili-
us Abrahæ, filius Davidis, Matt. I. in quo benedicūtur
cūctæ cognationes terræ ut semine Abrahæ, Gen. 22.
Benedicere autē est sacerdotis, ut legis de sacerdotio
Melchizedec, Gen. 14. id quod interpretatur ex. Heb.
& hic Davidis filius dicitur in psal. æternus sacerdos
secundū ordinē Melchizedec, non secundū externa
sacrificia Leui, qui offert sup altare thymiama & ho-
locausta, ut infra dicitur. Atq; hic quoq; occulte signi-
ficat sacerdotiū, cū dicit, Audi domine uocē Iudæ, ni-
mirū pro populo orantis, quēadmodū et pro populo
pugnare scribitur. Orare autē & intercedere pro po-
pulo ad deū sacerdotis est officiū, quod Christus ex tri-
bu Iuda ortus præstat qui mediator est inter deum &
hominē deus & homo. I. Tim. 2. Et Iacob obscuris uer-
bis & metaphoricis describit Christi sacerdotiū, dicēs,
Ligans ad uineā pullū suū & id ad uitē ō fili mi asi-
nam suā, quæ sunt animalia in die palmarū à Christo
equitata. i. & Iudei & gētes per Christū alligati spū
ad uiuū illud. i. uerbū Euangelicū, de quo Prou. 9. Bi-
bite uinū quod miscui uobis. Et in Canticis ca. 5. Bibi

uinū cū lacte meo, & ca. 7. Mane surgamus ad uineas
 &c. Et addit, Lauabit in uino stolā suam, uestis Christi
 est ecclesia, quā induit dū homo factus est, hāc lauit in
 uino. i. uerbo suo, Ephe. 5. Idē est quod addit, Et in san-
 guine uuæ pallium suū. Quod uero additur, Pulchrio-
 res sunt oculi eius uino, significat aspectu decorū esse
 Christum, & nihil seueri esse in ipso, ut alliciat statim
 peccatores, quē admodū in Canticis dicit sponsa, Dile-
 ctus meus candidus & rubicūdus &c. Remissionē pec-
 catorū in eo uides, non legis terrorē, ut in facie Moisi.
 Et dentes eius lacte candidiores, quæ est apertio oris
 eius & suauitas Euangelij prædicati in cordibus pec-
 catorū. i. omnium qui adflctis sunt cōsciētis & sentiunt
 sua pētā. Hæc duo ita psal. 44. de Christo dicuntur, Spe-
 ciosus forma præ filiis hominū, diffusa est gratia in la-
 bijs tuis. Hæc omnia quis nō uidet ad sacerdotium per-
 tinere? Porro de regno Iuda quid attinet admonere
 cum & hic & in uerbis Iacob potentia regia cui nul-
 lus præualere possit non obscure describatur? quæ in
 Christo manet æterna, Esa. 9. & Luca. 1. &c.

Benedictio Leui, Deu. 28. legitur, q̄ sacerdos
 debet habere ante pectus in rationali iudicij doctrinā
 & ueritatē, uel proprie ex Hebræo, perfectionē & lu-
 men. Eadē aut uocabula sunt & hic. Quo significatur
 doctrinā prædicatoris oportere esse sanā secūdū uer-
 bū dei, ut ait Paulus, cui nihil desit neq; aliquid huma-

ne fecis sit additū, ut possit uere esse lumē & illumina-
tio cordium. Hæc duo præstitit insigniter & uel solus
summus sacerdos Christus, quē qui sequitur nō ambu-
lat in tenebris &c. Ait ergo ad sacerdotiū quod erat
ex Leui. Perfectio tua & lumen tuū orando & docen-
do, à uiro sanctitatis tuæ uel secundū uirū misericor-
diæ tuæ, id est sit quemadmodū erat in Moise qui tibi
sanctitatē & misericordiā ô Israel, uel ô Leui solebat
impetrare peccanti. Aut tua doctrina nō sit alia q̄ uer-
bum dei habet à Moise descriptū. Quē Moisen pro-
basti ut incredulus in tentatione, Heb. In Massa, qui ui-
detur esse locus ubi erat aqua cōtradictionis. Et iudi-
casti, Heb. ubi rixati estis ad aquas cōtradictionis. Sed
quare ista periphrasi descripsit Moisen? Respondeo ut
sciat Leui & cūcti fideles, q̄ hoīes quātūcumq; sancti
errant & peccant dū deserūtur à deo, dū nō hærent
simpliciter in uerbo, sed potius uidēt in id quod ap-
paret siue dulce siue amarū, ne ualeat hoc argumentū.
Ille fuit sanctus, ergo errare non potuit, ualeat autem,
Ille secutus est dei uerbum, ergo errare non potuit.

Qui dixit, uel qui dicit patri suo &c. Oblati erāt
Leuitæ deo p̄ primogenitis filiorū Israel supra ca. 10.
Iccirco nō agnoscebant carnis cognationē, qui tamen
paterna bona iure requirebāt, ut supra ca. 13. ut uide-
as ueros Leuitas hic descriptos, genus scilicet regiū &
sacerdotale, in illis leuitis qui tunc externo dei cultui

dediti erāt & internū secundū dei uerbū docebant. Sunt aut ueri Christiani, qui resignāt & mortificātur oībus quæ ipsorū sunt propter Euangeliū dei, sicut & Abrahā &c. Hi, inquit, custodiēt ō deus uerbū tuū & testamentū tuū, & docebūt iudicia tua Iacob & legē tuā Israēli. Vbi nota rectum ordinē, primū custodient uerbū, deinde docebūt. Præterea orabūt, id quod significatū est in thimiamate & holocaustis, quæ ut lex dicit, reddūt odorē deo suauitatis. Ita orationē interpretatur ille in Apoc ca. 8. Hæc oratio opponitur furori domini, quēadmodū exemplū sæpe præstitit Moyses. Benedic domine fortitudini eius. i. adauge robur spūs quod in eo cœpisti ut crescat ex fide in fidem cognitione tui. Et opera manuū illius suscipe. i. placeat tibi quod ex fide uerbi tui tibi obtulerit. Percute &c. Ista est maledictio in eos qui persequuntur uerbum dei & uerbi præcones &c. Iam uero uide, q̄ carnē nō respicit deus, sed fidem, has enim oēs benedictiones quis dubitat datas credentibus? In oībus tribubus qui credunt benedicuntur, qui nō credūt maledicuntur. Id qd̄ uel ex isto libro notissimum est. Vnde Simcon & Leui maledicuntur à Iacob, propter infideliter occisos Sichimitas, Gen. 34. Quod aut additur, Diuidam eos in Iacob &c. lex postea uertit leuitis in benedictionem & tamē māsīt uerbi ueritas. Tribus uero Simcon habitabat in medio filiorū Iuda Iosue. 19. & paucō numero

erat respectu filiorū Iuda, & quidā egressi occupauerunt terrā fertilem in qua habitauerāt quidē de stirpe Cham, quidā uero partē montis Seir, ut dicitur. 1. Paral. 4. Quia uero prophetiæ lōgius respiciūt, nō obscure Iacob significat sacerdotes & qui habitauerunt in Iuda occisuros nulla ratione sed furore & impia uolūtate Christū qui est ille thaurus armenti dominici, unde ait pro se & oībus credentibus Israēlitis. In consiliū eorū non ueniat anima mea &c.

Benedictio Beniamin. Iacob dicit, Beniamin lupus rapax mane comedet prædā, uespere diuidet spolia. Quod putāt in Saule qui erat ex tribu Beniamin cōpletū, qui mane. i. prius uorabat, inclytus rex aduersarios populos, quādo fesus est deo. Vespere autē. i. deinde, amisit prædā. i. hostibus succubuit & regnū amisit. Hic Beniamin primū exaltatus in regnū, deinde regē & regnū amisit. Sunt qui refrūt nō male ad historiā, q̄ Beniamin erat fortissima ad præliū tribus, sed ob scelus in uxore leuitæ penē extincta, Iudic. 19. 20. & 21. Sed hoc interim obest, q̄ in prædictis historijs necesse fuerit accipere, diuidere spolia pro amittere. Quod si in Paulum apostolū respicias, is hæc cōpleuit qui erat ex tribu Beniamin, ut ipse dicit Phil. 3. Hic mane persequabatur dei populū, uespere prædicauit & distribuit eloquia dei, & dei auxit & pauit populū. Moyses uero hic ait, Amantissimus domini dei, quo

alludit ad hoc q̄ Beniamin erat multū dilectus patri Iacob & fratri Ioseph, Habitabit confidēter in eo, id est domino. Tota die. i. iugiter cōfidet in eo. i. domino, & requiescet inter hūeros illius. i. domini. Hoc est sub alis & protectione dei, quasi sub alis gallinæ, ut sepe in psalmis. Quo uides fiduciam Beniamin in deū deā scriptā, qua nulla potest homini maior benedictio dari. Hoc uero referunt ad hoc, q̄ Hierusalem & templū erat in tribu Beniamin, Iosue. 18. & 1. Para. 8. ubi erat cultus dei & locus quem elegerat deus in habitationem sibi. Non male retuleris hoc quoq; in Paulū apostolum & quotquot eam sequuntur quā ipse prædicauit doctrinam, quæ nihil aliud docet quā solam in deum solum fiduciam.

Benedictio Ioseph & filiorū eius Ephraim & Manasse, qui adoptati sunt à Iacob in filios, Gen. 48. quæ benedictio est fructifera terre quā possiderunt istæ duæ tribus. Et præterea illic constitutum est regnum Israel & Hieroboam primus rex illic erat, licet impius. Carnalis enim hæc est benedictio seruata filiis Ioseph, sicut seruata fuit quæ data est Esau & Hismaeli. Ait ergo, Terra eius, id est, Ioseph, de benedictione uel in benedictione domini est. Illic enim sunt fructus ex cælo, ex rore, & ex profunditate, fructus ex fecunditate solis ac mensium, de uertice montium præcipue, & de collibus perpetue, & de terra & ple

nitudine eius. Benedictio illius qui apparuit Moysi in Rubo, id est, dei, Exo. 3. Veniat super caput Ioseph & super uerticem Nasarei, id est, eiusdem Ioseph sancti inter fratres suos. Gloria eius quasi primogeniti thauri qui deo offertur, qui robustis paulatim augetur uiribus. Alludit uero per hoc ad adoptatam primogenituram filijs Ioseph, de quo supra diximus. Cornua monocerotis sunt cornua illius, quo significatur potentia regni Israël siue Ephraim. Monoceros animal sese uinci non sinit & seruire contemnit. Iob. 39. His cornibus, inquit, uentilabit gētes usq; ad terminos terræ, quod intellige usq; ad mare uel p hyperbolem usq; ad fines orbis terræ. Id quod potius ad Christum referemus, quē ille Ioseph uenditus à fratribus & inter gētes rex factus significabat. Hic est uere Nasareus .i. sanctus & domino cōsecratus, de quo dicit dominus in psal. Super ipsum effloreat sanctificatio mea. Et addit, Hæc est multiplicatio & benedictio Ephraim et Manasse. Hic erat primogenitus natus, sed ille in benedictione Iacob prælati est, Gen. 48. uterq; tamē benedictus, qui significabant duos populos non natos deo sed electos, uerum gentium populus qui uidebatur posterior factus est maior, prioris populi uix reliquijs saluatis. Similia feruntur quæ Iacob dicit in benedictione Ioseph. Filius accrescēs Ioseph filius accrescēs, quo alludit nomē eius quod interpretatur accrescēs, & decorus aspectu. Filius

discurrerūt super murū .i. eius aspectus desiderābatur
 à fœminis Aegyptiorū dum gloriosus illic erat in re-
 gno. Id quod metaphorice pertinet ad ciuitates ab eo
 rectas quas filias uocat, sed qui habebāt iacula .i. inui-
 di fratres, persecuti sunt eū, uerum in forti deo fortis
 & infractus mansit arcus, brachium & fiducia eius.
 Sed potius ista oīa respiciunt regnū Israël quod man-
 sit in Ephraim, quia Iacob futura nunciat, quod sepe
 ab aduersarijs impetitū tamē stetit, deo etiam impios
 seruāte, donec ipse deus per Assyrios perditū uoluit.
 Vnde addit, Inde pastor egressus est lapis Israël, scili-
 cet Hieroboam rex. Deus ō Ioseph benedicat tibi oī-
 bus benedictionibus fructuū terræ & uberum & uul-
 uæ, id est, ut pluribus abūdes filijs. Benedictiones pa-
 tris tui Iacob efficaces sunt & benedictiones patrum
 meorū Abrahæ & Isaac .i. quæ benedictiones eis pro-
 misse sunt & dilatandū esset semen eorū ut astra cœli
 & arena maris. Efficaces, inquā, sunt secundū dese-
 rium sublimiū in seculo .i. secundū oīa quæ mūdi po-
 tentes desiderare possent. Ex Ioseph fiant capita .i. re-
 ges, & summi Nasaræi .i. sancti & magni uiri & pro-
 phetæ inter fratres eius. In regno Israël prophetas fu-
 isse testatur historia Regū. Nostra translatio habet, Fi-
 ant in capite Ioseph .i. benedictiones patrum ueniant
 super caput eius, & super uerticē Nasaræi, id est, eius-
 dem Ioseph inter fratres eius.

Benedictio Sabulon. *Letare Sabulon in exitu tuo, diues enim terra tua erit ut gaudeas quocumque te uerteris in terra tua.* Iacob similiter dixit, Sabulon in littore maris habitabit et in statione nauium, pertingens usque ad Sydonem, quo situm terrae Sabulonis diuitem mercibus aduectis praedixit.

Benedictio Isachar.

Letare Isachar in tabernaculis tuis, quo significat quietis amantes futuros ex Isachar studio legis et doctrinae, id quod sequitur. Populos uocabunt ad montem, scilicet Sion, hoc est docebunt alios ut seruiant deo secundum legem. Sic legitur et 1. Para. 12. De filiis quoque Isachar uiri eruditi qui nouerant singula tempora ad precipiendum quid facere deberet Israel etc. qui et fortissimi scribuntur fuisse. 1. Para. 7. et tamen eligebant magis seruire tributis exterorum regum uel Assyriorum, licet procul essent a mari inter reliquas tribus quasi in tuto loco, quam amare bella etc. Hoc est quod Iacob dicit, Isachar asinus fortis accubans inter terminos, uidit requiem quae esset bona, et terram quae optima, et supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruus. Hic uero addit, Qui scilicet Sabulon et Isachar, quia uicini habitabant sugent copiam maris. id est ditabuntur ex mercibus maris et ex thesauris arenarum uel naufragio proiectis, uel absconditis in terra, ut significetur illic metallorum effusio fuisse.

Benedictio Gad. Benedictus in latitudine Gad, qui non solum suos terminos sed & aliorum dilatauit dum armatus praecessit ante filios Israel. Iosue. 4. Quasi leo requieuit in sua sorte coepitque brachium & uertice, id est, nemini aduersariorum pepercit, id quod tamen completum est in Iehu rege. 4. Reg. 10. dum Baal destruit duosque reges & Iesabel & c. Vnde sequitur, Et uidit principatum uel principium suum, quod illic qui docere solebant ueritatem cogebantur tacere, & uenit cum principibus populi Israel & fecit quod dominus uoluit. Ceterum impietas eius hic tacetur, ubi merae sunt benedictiones. Iacob dixit, Gad accinctus uel armatus ducet exercitum & reducet, Iosue. 4. ut supra.

Benedictio Dan. Dan catulus leonis qui rapit praedam. Fluet ex Basan, id est, abunde ex Basan ei adducetur copia omnis alimoniae. Ego tamen puto Basan appellatiue positum pro pinguedine, ut fluat pinguedine, id est, abundantia omnium rerum, quemadmodum tota terra dicitur fluere lacte & melle. Prophetia de catulo leonis impleta est in Samfone, Iudicum. 14. & 15. Vnde ait Iacob, Dan iudex erit in populo sicut alia tribus in Israel. Fiat Dan coluber in uia, & ceras in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius retro. Talis factus est Samson Philistaeis aduersarijs. Hic adiecit Iacob uel pro se uel pro Samfone, qui aequae sperauit in deo, Domine salutare tuum ex

ſpectabo, non enim contemnenda egit per eum domi-
nus &c.

Benedictio Nephtalim.

Nephtalim omnibus rebus per deū abundabit, & eius
ſors erit ad mare & meridiem, Mare accipiūt pro ma-
re Galilee. Verum ex Hebræo legendū ad occidentem
& ad meridiem. Iacob dixit Nephtalim ceruus uelox,
dans pulchra eloquia, Id quod eſt impletū in Debbo-
ra prophetiſſa & Barac duce, Iudicū. 4. & 5.

Benedictio Aſer. Aſer abundet filiis, acce-
ptus ſit fratribus, & fluat illic oleū, ita ut pes tranſeun-
tium tingatur in oleo. Ferrum & minera ſit ſub pedi-
bus eius. i. illic ſit in terra ut ſodiatur. O Aſer tua pro-
ſperitas bene cœpta bene finiatur. Iacob dixit, Aſer
pinguis panis eius & præbebit delicias regibus, id eſt,
omnes deliciae & regales dapes erunt in Aſer.

Bñdictio totius ppli ſed certe credētis.
Non eſt aliquis deus ut deus recti. i. iuſti hominis per
fidem. Qui habitat in cœlo ſit adiutor tuus. Magnifi-
centia eius eſt in nubibus, quæ nubes & cœlū ſunt ha-
bitatio eius ab initio cōditi mūdi, ſurſum, & ſub cœlo
ſunt brachia, id eſt potētia qua condit, gubernat, pro-
tegit omnia. Non conſiſtet coram eo inimicus tuus, &
dicet, Conterere, id eſt, ſolo uerbo & ſentētia oris ſui
ad nihilum redigetur inimicus tuus. Habitabit Iſraēl
confidenter fiducia in deum & ſolus, id eſt, ſecurus
ab hoſtibus ſue gentibus, pſal. 4. Eſaiæ. 32. Hiere. 13.

Esa. 2. Michea. 4. Quæ repetuntur ex lege Leuit. 26. Absq; pauore habitabitis in terra uestra, dabo pacem in finibus uestris, dormietis & non erit qui exterreat &c. Sequitur, Oculus iacob &c. Id est, illic habitabit ubi uidebit omnia benedictione dei è cœlis abundare. Beatus tu Israël. Quis similis tui? non enim fecit taliter omni nationi, popule qui saluaris non gladio tuo, uiribus tuis aut iustitia sed per dominũ qui est scutũ protectionis tuæ & gladius in quo gloriaris & superbis. Inimici tui negabũt te .i. te maledictũ populũ uocabũt qui nõ sis dignus uiuere inter hoies. Heb. Inimici tui deficient. Lyranus quoq; legit, Inimici tui metuentur tibi. Tu autẽ sublimitatem eorũ calcabis.

CAPVT XXXIII.

Cum accepisset Moyses sententiã mortis suæ à domino benedixit, ut dictũ est, & statim ascendit obediens dei uerbo, & mortuus est in domino, et dux populi factus est iosue.

Vidisti. Lex uidet qua eundũ & ostendit, sed non perducit &c. Mortuus] scilicet in terra Moab in loco ubi descripserat Deuteronomium supra ca. 3.

Et non cognouit &c. Ne scilicet populus reliquijs abuteretur illius per quẽ tanta beneficia accepisset. Stulti enim in opera sanctorũ respiciunt oblito eo qui talia per eos fecit. Diabolus uero qui semp aduersatur

uersatur deo & sub specie pietatis inducit idololatriam qua hodie mūdus est plenus, uoluit indicare corpus Moysi, ut indicatur ī epistola Petri & Iudæ ex qua nescio historia, sed Michaël ei restitit, & iudiciū dei cōtra eū inuocauit. Voluit enim diabolus in eo loco erigere indulgentias, ut hodie uocant, & nouū cultum dei quē deus non mandasset, & quē posteriores prophete sine nota impietatis & iniuriæ in sanctissimum Moysen damnare non potuissent. Hic certe regnasset diabolus. Quin & nos permittimus ossa sanctorum in terra quiescere, ut patriarchæ sancti fecerunt? cur nō relictis alijs sequimur id quod deus nobis mandauit, Euangelium prædicare & audire iussit, non ossa mortuorum adorare, siue uenerari &c.

Non caligauit. Significat neq; senio neq; morbo Moysen defecisse, licet senex fuerit, sed sola dei uoluntate posuisse animam. Fleuerunt. q; dolemus pro amico charitas est, q; non cessamus infidelitas est. Nolite, ait Paulus, contristari de dormientibus, sicut gentes quæ spem non habent resurrectionis. Verum q; aliquot diebus lugebant apud illos, sicut de Iuda, de Abraham, de Israëlitis post mortem Ioseph, post mortem Iacob, legis &c. observatio fuit humana in quibus de signis externis, in uestitu, in cibis &c. in abstinentiæ leticiæ externæ &c. quibus testificabantur cæteris q; chari fuissent defuncti. Nihil hic agebatur cū deo, quē

M

admodū nostri tentant &c. Vide Leuit. 21. & 10.

Repletus. Non hoc efficiunt impositiones manū nostrorū episcoporū, quia deus elegerat Iosue, & mandauerat Moysi ut sufficeretur dux populi. Impositio tamē manū seruata est ab apostolis nō ut necessaria res, alioqui cur etiā Christus nō imposuit apostolis manum? sed ut hoc externo signo corā ecclesia, id est, populo in ciuitate, cui prædicaturus erat cui imponebantur manus, declararetur hunc esse dignū & spiritu doctum uerbi ministrum. Prædicatoribus imponebāt manus, nō missarijs. Sed hæc aliās in Paulo. Et non surr.] De hoc loco supra ca. 18.



IOANNES BVGENHA-
gius Lectori.



Amuelem prophetā, id est, duos libros regum, quibusdam auditoribus interpretati sumus. In historijs tractādis nō possumus melius. Forte quibusdam ad meliora dedimus occasionem. Atq; hæc nostra nūc emittimus in publicū, ut uideas longe sanctiora spectanda in sacris historijs quā hactenus spectarūt qui in historias scripserūt.

IN HISTORIAS SACRAS.



Primum, Miramur q̄ populū Hebræorum sæpe ad impietatem deficientē tamen seruauerit deus, id quod solet ne quid nostris iustitijs tribuamus. Oportuit esse aliquē populū testem uerbi dei, ad quem ipsum uerbum reuelaretur, Rom. 3. Credita, inquit, sunt illis oracula dei. Atq; hoc est cur oportuerit historias scribi sacras, & cur cum uno aliquo populo uoluerit deus sic agere, nempe ut uoluntatem suam palam faceret.

Secundū, Deus uoluit Christum promittere & reuelare. Huic omnes scripturæ testimonium perhibent etiā historie & facta quæ scribuntur, cui testimonium quoq; perhibet regnum corporale. Gen. 49. Non auferretur sceptrum &c. Quid quæso aliud uult illud regnum Dauidis quod promittitur fore æternū? Vnde necesse fuit ex illo regno Christum expectari secundū carnem.

Tertium, Christum nosse non est tantū uenturum scire aut scire q̄ uenerit, sed scire quæ sit uoluntas dei per Christum q̄ saluare uelit. Ergo fides in historia & fidei opera spectanda sunt, q̄ deus fidentes seruat, incredulos damnat.

Quartū, Instituta erat lex, Historiæ ergo scribuntur.

in quibus uideatur ut seruata sit lex, ut non seruata, in quibus exemplis etiam dum de sanctissimis uiris scribitur nihil aliud uidemus quàm legis impossibilitatem, quemadmodum et Petrus in Actis Apostolicis confiteatur, atque adeo certam nostri condemnationem, si non aliud in nobis fuerit quàm nostræ uires, nostræ iustitiæ, nostrum arbitrium. Neesse ergo erat iustitiam expectare è coelis quæ promittebatur in semine Abraham et regno Dauidis, quemadmodum Esaias dixit, Ut confirmet illud in iudicio et iustitia etc. Et in hoc quoque historiae scriptæ sunt, ut uideamus exempla illorum quæ promissionibus dei, quæ sunt euangelium, crediderunt, et qui non crediderunt. Sicut enim uasa misericordiae ita et uasa iræ ostendit nobis scriptura. Itaque quid lex, quid euangelium possit historiae per exempla declarare.

Quintum. Continent historiae et euangelij fructum crucem, ut cum Saul Dauidem persequitur et filius Absalom, Non enim non possunt odisse impij dei ueritatem, dum suam sequuntur uoluntatem et impia desideria.

Sextum. Hoc differunt humanae historiae à diuinis. Diuinae hypocrisim improbant et iustitiam ueram declarant, humanae non coarguunt hypocrisim et uerā iustitiam non indicant. Io. 16. Spiritus sanctus arguet mundum. Hypocrisis statim in principio regum uidetur in Phenenna cui comes est persecutio qua ipsa persequitur Annam.

Septimū. Incredulitas apparet in falso cultu dei & liberi arbitrij uirtutibus & consilijs humanis, sicut in Achas & Saule & in consilio faciendi regis & instituendæ reipub. quæ laudarentur ab homine.

Octauū. Discrimen regni corporalis, quod in externis tantū rebus est, & regni spiritualis quod in conscientijs hominum est, Illud deus administruit per homines, hoc per Christum solū, & illud in hoc respiciebat & ad hoc seruabatur. Illud quā infelicitè sæpe sine deo gubernatum sit, historiæ testes sunt, ut uideas quā impia sint omnia in conscientia regimine si nō illic dei uerbum regnet.

ARGVMENTVM HISTORIAE REGVM.

Post Israhelitici populi iudices quorum ultimus Sanson legitur, occasio regy nominis & regni in libri regū exordio statim describitur, nempe q̄ filij Eli sacerdotes impie agebant, nec minus impie post iudicabant populum filij Samuelis, Ad sacerdotes enim post iudices ex ea historia uidetur peruenisse iudicialia potestas, Vnde coacti, tamen impie, petunt regem more gentium, Verum ne tam ardua res tentaretur in illo populo sine dei uerbo deus ipse iussit inungi Saulem, quo reprobato confirmatum est regnum Dauidi

Et semini eius in æternū, Sceptrum hic in Iuda & dux ex Iudæ fœmore mansit usq; in Christum regem æternum. Hinc illud semen regium Davidis deus perire noluit ne in tam insignibus quidem sæpe regum impietatibus, ne in Babylonica quidem captiuitate, id quod finis quarti libri indicat. Quod uero regnum decem tribuum ab isto Davidis regno post mortem Salomonis desciiuit perpetua impietate laborauit quoad è terris sublatum est.

Samuelem propterea puto ab Hebræis primos duos libros appellatos, q̃ Samuel Iudex in Israël qui principatum quasi per manus traditurus erat filiis suis, iussu dei inuinxerit & potestatem suam tradiderit duobus regibus primis in Israël Sauli & Dauidi, quorum uita & regimen his duobus libris continetur, sed alterius regnum abiectum est, alterius confirmatum in æternum. Tertium uero librum & quartum proprie regum uocant, q̃ in ipsis regnum propter peccatum Salomonis diuisum describatur, & seorsum reges Iuda & reges Israël. Nos uulgo quatuor libros regum dicimus, q̃ in his reges populi in Israël describantur usq; ad Babylonicam captiuitatem.



Casus Samuelis primū describitur quē dominus abiecto Eli propter filiorum impietatem uoluit subrogare in sacerdotium & principatum, cuius deinde filij impij iudices occasionem dant populo petendi regis, & fit rex Saul, cuius uita in hoc libro descripta est, & hoc reprobato, unctio Dauidis qui in figuram Christi & exemplum omnium credentium, multa persecutione & cruce præparatur ad regnum æternum. Atq; hæc est huius primi libri summa & argumentum.

Helchanam necesse est esse Leuitam cuius filius Samuel postea sacerdos legitur, Leuitam autem esse clare uides. 1. Para. 6.

In his duabus uxoribus mysteriū est quod in Agar & Sara, de quo, præter historiam Genesim, lege epist. Gal. Præterea uide diligenter hoc loco quod agat scriptura ubiq;. In his duabus mulieribus depicta est nobis natura hypocrisis & fidei, siue hypocritarum & credentium. Phenenna obseruans est mariti, non obnoxia malæ famæ, ascendit ad locum sanctum, talis uidetur esse coram deo qualis coram hominibus, & sanctitatem probitatēq; eius uidetur approbare deus dum suis eam honorat muneribus, id est, filiis. Annam uero uidetur abijcere cuius conclusit uulnam, quæ certe est maledictio, quemadmodum maledi-

Phenenna

Anna

ctio terræ est quæ suscepto semine nõ refert fructum,
Neq; humanum iudiciũ potest recte de ea iudica-
re, non solum in Phenenna sed etiã in utro bono Heli
errante, qui tristem adflictãq; ut ebriã increpat, Hy-
pocritæ opinionẽ habent sapiẽtiæ, pietatis & iustitiæ,
non solum apud alios sed etiam apud semetipsos, &
dum omnibus abundãt & magni fiunt ab hominibus,
his dei donis superbiunt, quasi merito acceptis, certissi-
mo quasi argumento cum phariseo illo iudicantes, Nõ
sum sicut cæteri hominũ &c. alios non ita amat deus,
imò odio habet quibus oĩa accidunt in diuersum. Atq;
hic ex fructu tandem qui dei sunt discipuli poterunt
cognoscere eos q; sint, quẽadmodũ scriptura appellat,
uiri sanguinũ. i. male uolẽtes alijs. Dum enim suis ope-
ribus & dei donis superbiunt, non possunt nõ odisse
alios, nullã habent compassionẽ cum peccatoribus, ex-
probrant nõ solũ peccata sed etiam crucem quã deus
suis imponit, & præterea sentiũt & exprobrant esse
maledictos ab ipso deo qui non acceperunt quod ipsi,
quasi & ipse deus agat contra fideles, quæ est grauissi-
ma piorũ tentatio in miserijs ipsorũ. Hoc est quod ex-
probratur etiam Annæ q; dominus ipse conclusit uul-
uam eius. Et in psal. Multi, inquit, dicunt animæ meæ,
non est salus ipsi in deo suo. Item, Deus dereliquit eũ,
persequimini &c. Credentes autẽ oportet despici, por-
tare crucẽ, dix à beneficijs dei differri, ut interim per

cruce[m] ascendat ad gloriam, dum illi cæci per gloriã descendunt in mortem, ut fides iustorum probatione crescat, dum illorũ blasphemia nõ cessat. Fient hic primi nouissimi & nouissimi primi, & maior seruiet minori, Iacob simplicem diligit deus, Esau uirum industrium odio habet, & erunt plures filij desertæ quàm eius quæ habebat uirũ. Hæc omnia Hanna infra ca. 2. in cantico declarat.

Et ascendebat,

Secundũ legem Deut. 16. In Silo erat tabernaculũ domini à tẽpore Iosue, ut dicitur Iosue. 18. & sine dubio arca, quæ translata est sub Eli de quo hic uidebis. De Silo dicit dominus Hiere. 7. ne confidamus in cultu dei externo etiã quem mandauit deus, nisi fides adsit, quæ certe in nulla re confidere permittit utcunq; sancta.

Partes scilicet ex sacrificijs ut ederẽt. Epulabantur enim & bibebant coram domino ex sacrificijs pacificis, cremata pinguedine coram deo & dato pectusculo & armo dexto sacerdoti, Deut. 16. & Leuit. 7.

Partem unam,] quia sola erat non habens filios quibus partes darentur. [Non capiebat cibũ] .i. nõ libebat ei edere, parum edebat, infra, Postquã comederat &c.

Amaro animo.

Hæc crux est dum interim hypocritæ regnant securi quasi deo proximi. Verum hic nõ contenditur contra aduersariũ, grauiora enim intus sentiuntur quàm ut

contendere libeat, sed preces multiplicantur coram domino. Habes hac de re multos psalmos. Hismael persequitur Isaac, non contra. Gal. 4.

Et nouacula.

Sicut Samson Iud. 13. de lege Nezaræorum, id est, domino ad tempus sanctificatorum, Nu. 6. quæ lex Christum significat & Christianos quorum omnia sancta sunt usque ad crinem capitis. Omnis, inquit, capilli capitis uestri numerati sunt. Adeo non sibi aliquid arrogant credentes sed domini sciunt esse omnia sua, ut ne crinis quidem sui sibi ius seruent. Omnia enim resignant deo etiam minima. Idcirco iubemur non iurare ne per caput quidem nostrum, quia non potes facere unum capillum album aut nigrum, Matt. 5. In baptisate te totum sanctificasti deo, ut non sis amplius tui iuris. 1. Cor. 6. Non estis uestri, Empti enim estis &c. Quid ergo iam ultra siue uoto siue iuramento promittere potes, qui quotidie oras, Fiat uoluntas tua, non mea?

Loquebatur in corde.

Fidelium oratio non hypocritica describitur. psal. De fiderium pauperum exaudiuit &c.

DE VOTO HANNAE.

Votum necesse est ut sit possibile & pium. Si iures aut uoucas te uolaturum ridiculum est, si hominem occisurum impium est, Si non habes in potestate quod uoues nonne stulte uoues? de quo supra diximus, ut qui

uouent domino castitatem & reddunt diabolo nescio
quæ, & ut castissime uiuant, tamen per uotum suum
confirmant doctrinas demoniorum prohibentium nu-
bere, Dixi de hac re in Deuteronomio. Ex uoto Han-
næ uolunt hodie confirmare sua uota quasi ab eo non
dissideant per dis diapason. Hanna hic nihil habet
in potestate sua, nihil in libero arbitrio, nihil præsu-
mit, sed omnia atq; adeo ipsum uotum committit deo,
plane in manu dei hic sunt omnia, Si dederis filium
tibi dabo, si non dederis tibi dare non potero, si nolu-
eris tibi dari, non dabis, si uolueris, dabis. Et quod ad
me attinet dabo eum tibi ut faciat ministeria in taber-
naculo & seruiat sacerdoti. Quod si tunc tibi aliter
uisum fuerit ubi tibi obtulero ut non maneat in eo mi-
nisterio, non præiudico isto uoto tuæ uocationi, tuus
erit, facies de tuo quod tibi placuerit, Votum contra
tuam uoluntatem est impium. Tu si ad hoc dederis ut
tibi offeratur, dabis quoq; filio quem dederis mentem
ut mihi in hoc obediat. Debebit hoc pietas parenti
ut faciat filius quod uolo secundum deum, imò hoc ad
quod eum mihi deus dedit, ut simul dei uocationem
agnoscat & præceptum de parentibus honorandis.
Quod si per impietatem postea filius descruerit con-
temnens & uocationem dei & parentum imperium, ta-
men quod ad me attinet uoto respondi ubi obtulero.

Nihil uero hic uoueo quod periculū habeat conscientie in filio, id quod si depræhenderit, iam non solum liberum erit filio mutare sed etiam necessarium, quandoquidem uotū tibi facio non contra te. Huic uoto potuisset refragari maritus. Nu. 30. Et præterea hoc uotum non est perpetuū, ut infra dicitur, Cumētis diebus quibus fuerit accomodatus domino. Nam quia leuita erat ex Caath Samuel à. XXX. anno debebat ministrare secundū legem dei, Nu. 4. non secundū uotum matris & à. L. anno eadē lex reddebat ipsum liberū. Historia quoq; hoc declarat dum postea Samuel describit in Ramatha in possessione paterna habitantem & iudicem in Israel multis annis. De uoto perpetuo dixi in Deut. Compara nunc nostrorū iustitiana uota cum isto &c. **Vultusq; &c.**

Sic acceperat uerbum consolationis ex ore Eli ut ex ore dei. Non dubium si inuocato deo interrogas sanctum uirum quin dominus tibi respondeat per eundē & te consoletur certo uerbo. Sic credimus olim consuluisse sanctos deū per sanctos homines, exceptis specialibus reuelationibus. Hinc Anna iam non amplius tristis est &c. Hæc est natura consolationis dei post crucem & infros.

Hostiam solemnem,
Vocat quæ secundum legem pro tempore debebatur.

Votum autem hostiam uoluntariam, sicut sepe in psal-
mis uotum dicitur spontaneè oblatum, id quod uulgo
deuotionem dicimus &c.

CAPVT SECVNDVM.

Historia sua Hanna spiritu plena con-
tra gloriã humanæ hypocrisis decantat
deo gloriã, per quã dei gloriam sterilis
parit plurimos. i. gētes & peccatores cō-
sequuntur gratiã, quæ gloria & gratia dei declarata
est & uenit mundo per Christi regnū, cuius cornu ex-
altat deus contra omnem mundi potentiã, sapientiã,
iustitiam atq; adeo omnem hypocrisim humanam.

Porro filij Heli.

Sacerdotis est officiū mediare inter deū & hominem,
docere populum uerbo dei, & sacrificare, Hæc omnia
cadūt ubi uerbū dei abijcitur, quid enim impietati cū
pietate? Quæadmodū isti sacerdotes contemnūt quod
in lege domini præceptū est de partibus sacerdotū &
sacrificiorū lege ut cremetur adeps domino, ut est in
leuitico, & ne populo quidem admonēte respiscunt,
sed uolentia utuntur dum sua quærunt. Præterea &
patris recta quidem monita sed magna indulgentia fa-
cta contemnūt, iudicio dei, ut dicit hic scriptura, qui
uoluit eos perdere. Exemplū doctrinæ humanæ, quæ
contra uerbum dei cogit homines ad sua, dum gloria,

lucrum, iustitiæ opinio queritur. Hi sunt spiritus erroris, qui paulatim obtinent quod uolunt, modo uiolentia accesserit, dum Eli non satis increpat, id est, ut in euangelio dicitur Matt. 13. dum dormiunt homines &c. Hæc est blasphemia dei qua excæcantur hodie ferè omnes, ut nec manifestis uitijs istorum falsorum prophetarum agnoscamus qui sint &c. Stuprant animas deum quærentes, quas pollunt & à deo abducunt immundo & adulterino semine. i. doctrina quæ non est uerbum dei.

Obseruabant, id est, quæ ueniebant ad adorandum &c. Mulieres enim quædã piæ ieiunijs & obsecrationibus obseruabant ante tabernaculum domini, ut de Hanna legis Lucæ. 2.

Ephoth lineo. De quo Exo. 28. Leuitarum tamen hoc erat, longe inferius sacerdotali ephoth. Indutus autem est Samuel ut hoc ceu signo minister publicus & leuita cognoscere-tur in tabernaculo, quemadmodum & hodie liceret, si non uestimento iustitiæ aliquid aut necessitas adscribe-retur &c. Superstitiosa uero non probamus.

Et benedixit.

Hæc dicuntur in cõmendationem Samuelis, adeo placuit sacerdoti gratia dei in puero. Confer uero hoc loco Samuelem cum filijs Eli. Hi regnāt, ille seruit, & tamen illi regnando pereunt, hic seruiendo exaltatur coram deo. Ista sunt dei iudicia quæ nunquã cessant. Habet autem Samuel uerbum dei quod illi abiecerunt.

Helī autem erat senex.

Peccatum describitur parentū etiam piorum dum nō increpant filios, aut licet increpent tamē permittunt impietatem filiorum amore, id quod est honorare filios plus quā deum, ut infra dicitur.

Si peccauerit &c.

Non q̄ peccatum in deum sit irremissibile, cum omnis blasphemia prāter unam remittatur, Marci. 3. sed q̄ peccati natura hic descripta est, grauius scilicet esse in deum peccare quā in hominem &c.

Et non audierunt.

Hec est excācatio & iudicium dei Esaie. 6. Excaca &c. Sic & Pharaō non audiuit &c.

Venit uir dei, id est, propheta aliquis missus à deo. Non ignorabat Eli peccatū suum, q̄ non bene ageret dimittendo filios in sacerdotio tam impios, ut uides in uerbis eius supra, & tamen finit rem ita labi. Hic uero reuelatur ei lex siue iudicium dei ut confundatur eius conscientia, nec respiscit amore filiorum, quos noluit honore priuari, donec iterum dei sententiam audit ex Samuele, ubi dicit, Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat. Simile est in Ezechia, Esa. 39. Sic & Dauid non ignorauit aduterium & homicidium esse contra deum, & tamen securus dei tam diu transit donec increpatur à Nathan. Sic & Paulus dicit se aliquando uixisse sine lege &c. Ro. 7. Atq; hic

perit conscientia, sed in electis ad salutem, Alij autem in desperatione deseruntur non credentes deum esse liberatorem, quemadmodum dixit Cain, Maior est iniquitas &c.

Patris tui id est, Aaronis primi sub lege sacerdotis. lege in Exo. & Leuitico. Absit.

Ergo dominus non seruat promissa? Non. Sed promittit credentibus uel credituris, Hi accipiunt & ueritas domini manet Ro. 3. Vnde hic, Honorabo honorantes me, id est credentes &c. Hoc est qd' Paulus dicit Ro. 11. Sine pœnitentia sunt dona & uocatio dei &c.

Præcidam. Hoc uerbū impletum legis. 3. Reg. 2. ubi Abiathar qui summus sacerdos est ex Eli abijcitur à Salomone ad agrum colendū, & subrogatur sacerdos Sadoch.

Et uidebis, scilicet in posteris tuis non in te uel per te. Aemulum tuū, id est, Sadoch & posteros. Eli iste ex Ithamar filio Aaron descendisse dicitur, ex quo erat Abiathar. Sadoch autem ex Eleazaro filio Aaron. Interim uero posteritas Eleazari indigne ferebat sacerdotiū translatum per deum nescio qua occasione ad posteritatem Ithamar, cum ex lege pertineret ad se, Nu. 10. id est, ad Eleazarum & filios eius. Hinc Aemulum hic legis &c.

Verūtamen id est, alioqui manebunt ex te in infimo sacerdotiū officio, ut uideāt & inuideant se subdi, ad quos per te peruenturū erat summū sacerdotiū.

Magna

Magna pars.] Impletū uidetur, quando Saul occi-
dit sacerdotes in Nobe. Vna die infra. c. iiij.

Et suscitabo &c.] De Sadoch intelligunt, qui di-
gne conuersatus sit & predicarit uerbum dei coram
christo, id est uncto Salomone. Futurū.] Ex Heb.

Qui residuus fuerit de domo tua, ueniet & ado-
rabit illū propter argenteum denariū & crustam pa-
nis. &c.] Ita abijciuntur, qui non credūt uerbo dei,
dum securi regnant &c.

CAPVT III.



IC primum reuelatus describitur domi-
nus Samueli puero, quando ad tempus
cessauerat dominus apparere in Silo per
uerbū manifestū, q̄ illic ante appuerat.
Sub Samuele uero s̄pe illic apparuit, ut in fine cap.
dicitur. Hic illud uides, Abscondisti hæc à sapienti-
bus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Crescit
Samuel & coram deo & corā hominibus, dum ha-
bet uerbum dei, & propheta fidelis agnoscitur ab
uniuerso Israële, dū intereunt & peunt dei iudicio
qui regnabāt abiecto dei uerbo, Osee .8. Ipsi regna-
uerunt & non ex me. Cæterū de increpatione dei ad
Eli supra diximus.

Et sermo domini &c. Quo significatum
est, infidelitatē regnare ubi qui doctores esse debēt,

N

sunt Ophni & Phinees. &c. Templum uocat
tabernaculum. In templo uero non significat intus
in tabernaculo, sed in loco tabernaculo addito, ubi
excubabāt leuitae, quē admodum in deserto fecerūt,
Num. 1.

Lucerna] Signifi-
cat noctem fuisse, quādo interim lampas ardebat in
tabernaculo domini. Victimis.] Id qd' tamē im-
pietas hypocritica putat, quæ ignorat dominum. ut
Ophni & Phinees. Oblatiōes acceptæ sunt ubi do-
minus habetur, id est, ubi fides est, Gen. 4. Nonne si
bonus, oblatio &c. Prouer. 15. Victimæ impiorū
abominabiles domino, uota iustorū placabilia.

Et non cecidit.] Id est, Quicqd dixit cōstans fuit
& ita euenit. Sic de uiro beato psal. 1. Et folium &c.
Non potest perire eius uerbū quī solum dei uerbū lo-
quitur. Veritas enim domini manet in æternum. Ali-
orum uerba cadūt in terrā, ubi reuelatus fuerit error
dæmoniorum. &c.

Dan & Bersabee.] Sūt duo fines Iudæ, quibus oīs
Israēliticus populus significatur.

CAPVT IIII.



HOC caput indicat impletum signū quod
predixerat uir dei cap. 2. Cadūt, qui
sine uerbo dei procedūt in pugnam, suis
uiribus confidentes, cū domini sit uictor.

via. Verbum autē dei hos non habere notum est ex
 ipsorū doctoribus Ophni & Phinees. Contra Pale-
 stinos, id est populi dei siue fidei aduersarios non sta-
 bis, nisi in corde munitus uerbo spiritus. Sūt enim ex
 nostris, qui ex uerbo dei (quod est Israēlitarum) faci-
 unt tantum uerbum scientiæ humanæ, indicantes ex
 scripturis, & probantes contra aduersarios, lice-
 re edere quiduis, laborare in die festo, conductici-
 um cultum dei esse mēdacium & hypocrisim, sacra-
 menta esse omnibus ex æquo cōmunia, esse nō ex o-
 peribus iusticiam, & hæc omnia ita habere, quia ita
 scriptura dicit. Cæterum, nō intelligunt, id est corde
 credunt, ignorantes quod Euāgeliū nō est litera, sed
 spūs, non doctrina, sed uita, & dum sacramenta ex-
 terna solum ostentant, & in eis confidunt se saluā-
 dos quasi cæteris meliores, cadūt in conspectu aduer-
 siorum. Hoc est qd' p̄ arcam sperant se saluandos,
 quæ secundū uerbum dei erat sacramentū, habens
 propiciatorium quod est Christus, et duo cherubim,
 id est duo testamenta in propiciatoriū respicientia:
 sine uerbo autē dei, id est, sine fide in corde, arca ni-
 hil erat nisi mors illis qui indigne tractabant, ut hic
 Israēlitis, & Palestinis, ut infra uidebinus, & Beth-
 samitis, & 3. Reg. 3. Osæ, & (secundū legem) omni-
 bus curiose spectantibus. Scriptura enim externa &
 sacramēta scripturæ & uerbo addita, si indigne tra-

clentur, id est aliò trahantur siue ad sensum alienū,
aut si curiose uideantur, id est p tuā rationē & sapiē
tiam humanā metiri uolueris, exitio sunt, & excæca
tionis & plagæ consciētiarum instrumentū, Incipi
mus enim falso intellectu seducti nostra sapiētia de
ficere à fide ad opa, quemadmodū hic nemo meminit
promissionis dei, ut in fide inuocet deū, sed confidūt
in arca, id qd' est impium & idololatria contra pri
mū præceptum. Nam omnino diuersum uidebitis in
fra cap. vii. Ad opa dico, licet nō illa papistica, tamē
ad opera, putantes in hoc nos Christianos, quod ba
ptizamus germanice: quod sumimus eucharistiam
utraq; specie: quod comedimus carnes diebus illis ie
iuniorum: quod clerici ducimus uxores: quod con
temnimus illas ceremonias, pio homini medias, incre
dulis damnabiles: quod gloriamur ista posse proba
ri ex scriptura. Cæterū nos ipsi nihil habemus fidei
aut charitatis, & ergo facile ea ipsa quæ habere uis
demur, eripiuntur nobis insurgentibus Palestinis, id
est Euangelij aduersarijs. Nam in arca confidimus,
id est illis externis, nihil habentes spūs in pectore.
Nec hæc dico contra aliud quàm contra nostram te
meritatem & errorem, qui uolumus esse ueri Israē
litæ, qui ignorare nos dissimulamus, quod etiā aduer
sarij scripturam legere possunt, & de sacramentis
gloriarī uelut Philistæi capta arca, dum sinimus no

bis nō solidi spiritu eripi illa &c. Cæterū quā trepidet Palestini propter arcam adductā, hæc historia nō tacet, & hodie exempla uidemus. Talis enim est scriptura & sacramenta dei si fides adsit, quæ si nō adsit, nihil efficies neq; contra homines neq; contra demones. Sacra externa à deo & spiritu sancto nobis data, p̄ solam cordis fidem mihi sacra sunt & protectio. &c.

Lapidē adiutorij. Anticipatio est, isra c. 7.

Deorum.] more suo loquuntur gentes, & arcam deos faciunt, quemadmodum suū Dagon.

Duo filij.] Vbi nō est uerbum dei, cadit officiū sacerdotale, & omnis gloria Israël. ALLEGORIA. Iudæi hypocritæ posuerunt omnē suam gloriam in externis, quam fiduciam oportebat quandoq; tolli ab eis, dum etiā lex tota abrogata est per Christum, ut similes fierent gētibus. Ephe. 2. sed hic maior pars imprimis illa capita poplī moriuntur & inuidia contabescunt, uidentes gloriam suā à se translata.

CAPVT V.



Sicut Israëlita impie confidunt in arca, contempto dei uerbo, cuius illa erat sacramentum, sic gentes impie eam sibi uendicant, & se regnare putant, statuentes eam iuxta Dagon deum suum. Sunt autem qui

scripturam & sacramenta dei sua esse contendunt, & deum egregie ignorant, ne micam quidem habentes spiritus, id qd' ex fructu eorum discipulus Christi uidet. Nam ea statuūt iuxta deum suū. i. iuxta confidētiam operum & traditiones & adinuētiones humanas, quas uolunt ex illis confirmare, quasi iam testimonium dei habeant pro suis impietatibus & idololatria, contra primū praeceptum, Non habebis deos alienos coram me, cōtra legem Deut. 16. Nō plantabis &c. Et Exo. 32. Non immolabis cū fermento sanguinē uictimae meae, contra prouerbiū, Non haram iuxta aram, contra dictum Christi, Nemo pōt duobus dominis seruire. Hi confitētur se nosse deum Israhēl, ceterū factis negant, dū dicunt se confidere deo, etiam opibus suis cōfidunt. Vt cūq; uero uideāt suā cum illis stare non posse, imō perditō capite & manibus truncū esse & insipientiam, tamen statuere nituntur, ne sui fiduciam & impium dei cultū relinquāt, quem sibi finxerunt de corde suo.

Quinq; ciuitates maximae Philistijm erant, Azotus, Geth, Gaza, Ascalon, Accharon.

Propter hanc causam.] Testes sibi sunt & omnibus posteris suae impietatis, dū specie pietatis & religionis ppetuae declarāt se colere sui dei impotentia, quā semel dei ueri potentia ostenderat. Ita impietas ipso dei falso cultu & opibus quasi iustis, testis est sua

impietatis, qđ ijs fidit quæ iuuare nō possunt, & quæ per uerbum dei uidet damnari.

Aggrauata. Externa dei sacra sine fide, id est sine uerbo dei in corde, cuius illa sunt signa, hoc efficiunt in conscientijs, qđ hic arca in corporibus Palestinorum & agris, ut peant ipsi cum omni fructu eorum, dñ non glorificātes deum, tradūtur in reprobā mentem, ut dicitur Ro. 1. & operibus se iuuare uolentes, misere uexant suas cōscientias, & prodūt semetipsos. Excæcati enim suis opibus salutem cōmittunt. Et anteaquidē suū Dagon statuūt & restituūt, ut cūq; stare nō possit cū arca, sed pcussi dei iudicio, omnia uident mortis esse plena. Hic primū nōdum statuunt Isrāēlitis reddere arcam, ut fateantur se errasse, sed satrapas suos cōuocant, ad humanæ sapiētiae & prudētiae consilia cōfugiunt ut se iuuēt, deū Isrāēl inuocare non nouerunt. Sed hic malū consilium consultori pessimū. Omnia cedunt in malum, ita ut etiam litera occidat, & iudiciū māducetur in corpore & sanguine domini, tantum abest ut hæc iuuent, ut taceā de adinventionibus humanis. Hic nō est remediū nisi reddatur arca Isrāēlitis, & confiteantur Palestini se turpiter errasse & deliquisse, quod abusi fuerint sacris dei absq; fide.



78 **A**bscondere cupiebant opprobrium Palestini suae infirmitatis tam pudendae, sed coacti non solum fatentur, sed etiam altis aureis et muribus, sempiterno contra se testimonio, testes sunt sui opprobrij, quemadmodum in psal. dicitur, Et percussit inimicos suos in posteriora opprobrii sempiternum dedit eis. Hoc est quod. 2. Tim. 3. dicitur, Resistant ueritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficiunt, Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et magorum Pharaonis fuit. Nam et magi Pharaonis Moysi et Aaron nuncijs dei per miracula se conferre nitebantur, sed tertia plaga senserunt, et confitebantur manu esse dei. Qui hactenus literas sacras et sacramenta ad se traxerunt uel inuita, homines absque fide, damnantes alios quasi haereticos, uellent et hodie retinere, sed plaga confusionis dei et intus et foris uenit super ipsos, ut uel mundus fateatur eos errasse.

Nunc ergo. Vide quae so diligenter quam perscrinet scriptura delineare in hac historia impietatem illam hypocriticam, de qua supra diximus. Sacerdotes et prophetae in Philistin, in speciem pium consilium dederunt, ut honoraretur deus Israel confessione eius glorie, ut melius haberet, sed impii sunt, id est absque

fide siue in deum fiducia. Primū qd' omnia ista coacti
 & inuiti faciunt, deinde quod dubitant, & omnem
 populum dubitare faciūt, num deus Isarēl istam pla-
 gam fecerit, cū tamē supra asseruerint deū fecisse q
 pcusserat plaga Aegyptiū. Hoc est qd' Paulus dicit,
 Nescientes de quibus affirmant. Nam hic expimen-
 tum adhuc quærūt num deus fecerit, aut aliquo alio
 casu acciderit qd' factum est, cū tamē uidissent mani-
 festam dei manū, quæ est una impietas cordis humani
 in illis qui fatentur se nosse deū, factis autem negant.
 Tentāt uero rem manifesto contra naturam miracu-
 lo de uaccis &c. Et cōciderūt.] Quod deo obla-
 tum fuerat, & in quo deus opatus fuerat miraculum,
 nō sibi sumūt Bethsamitæ, sed deo comburunt in ho-
 locaustum, quin & sua sacrificia addunt, quæ tunc
 erāt opa ex fide, id est, grati in deū animi signa.

Ab urbe murata &c.] Significat omnes cōtulisse
 ad quinq; anos & mures, non singulas uillas & oppi-
 da singulos anos & mures obtulisse. Omnia hypo-
 critarum munera quæ deo offerūt, sunt iudicio ratio-
 nis aurea & pia, sed ani pudendi sunt & mures uas-
 tantes, quia absq; fide sunt coram deo. &c.

Percussit. De ista curiositate arcam uidendi
 supra diximus, & lex prohibet sub pena mortis, ne
 quis uideat arcam, ne quis ei propius accedat, item
 ne quis introspiciat in sancta sanctorū. Mors tibi

est, & non poteris nō impingere & excacari ad istā
 lucē inaccessam, ubi tua ratione & sapientia uolue-
 ris metiri quæ dei sunt. Paruulis & stultis se reue-
 lat deus, qui pmittūt deo sua opera & iudicia, sapiē-
 tibus & prudentibus se abscondit. Ro. 11. O altitua-
 do & c. Eccli. 3. Altiora te & c. Vide & hic exem-
 plum prudentiæ humanæ, ad alios detrudūt diuinā
 rem quæ ipsis uidetur incōmoda, ueniam rogare nō
 norunt, tametsi populus dei uideantur.

CAPVT VII.



Hic uides abiectum esse locum in Silo oc-
 casione peccati filiorum Eli, ubi hucusq;
 fuerat tabernaculum domini cum arca a
 tempore Iosue. de qua abiectiōe loquitur
 scriptura psal. 77. & Hieremiæ. 7. ut in deo di-
 scamus herere & confidere, non donis dei quibus-
 cunq;, alioqui peribis illis pereuntibus, Veritas autē
 domini manet in æternum. Quod uero ad histo-
 riam attinet, sic habeto ex scriptura. In terra Ca-
 naan arca primū usq; ad hoc tempus erat in Silo cū
 tabernaculo domini, Inde sine tabernaculo illo Moysi
 erat in Gabaa in domo Aminadab leuitæ, usq; ad an-
 num quo ducta est à Dauid in mōtem Sion. 2. Re. 6.
 ubi tetendit Dauid ei tabernaculū, nō illud Moysi,
 ubi & postea per Salomonem edificatū est templū.

Tabernaculum uero Moysi interim legitur in uarijs locis. Nā in cap. xxi. legitur in Nobe, & in Paralip. cap. xxi. in excelsa Gabaon. Porro potuerat uideri locus in Silo electus à deo secundū legem Deut. 12. sed ubi abiectum uidebant, ignorantes interim quem locum sibi eligere uellet dominus, utebātur ea libertate qua ante legem utebātur Noë, Abraham, Isaac, Iacob, offerentes in uarijs locis, ut in isto primo libro uides, certe nō contra legem, expectabant enim de loco à domino eligendo dei reuelationē, quæ reuelatio facta est tēpore Dauidis, ut suo loco dicemus, nā lex loci nomen nō expreſſerat. Interim ista dicimus de pijs, qui, qd' ad reliqua attinet, secundū præscriptū legis & uerbi dei in locis illis faciebāt. Sic autē cōmīnatur dominus, postea abiecturū se templū & locū in Hierusalē, quēadmodū abiecerat in Silo, nisi audiāt uocem eius. Fidē exigit tota scriptura, indicās fiduciā in externa sacramēta & opa legis esse idololatriam, qua de re satis supra diximus. Regeuit. Heb. Fleuit. .i. in angustia erat & desyderabat à deo liberari à seruitute Philistij. Ea desyderia suscitāt dominus, quādo liberare uult etiam nescientes adhuc rationē suæ liberationis, & saepe nihil minus sperātes. Sic audit & clamorem filiorum Israēl in Aegypto, ut legis in Exo. Nam ipse desyderia liberationis excitauerat, ut cūq; non uiderent se liberandos, tan-

tum aberat ut tam gloriosam & mundo stupendam liberationem cogitarēt. Sic multi ex nostris ante reuelatum euāgeliū cupiebant aliquā fieri ordinationē ecclesiæ uniuersalem, ut multa in melius reformarentur, quādo interim deus moliebatur sua in nos pietate Euangelij reuelationem. &c.

Ait autem. In hoc toto capite uide quantum dei munus sit dare uerbi dei predicatorē. Haecenus in tenebris agebat populus sub Ophni & Phinees impijs sacerdotibus, ut etiā uideas pplm defecisse à lege & uerbis dei ad Baalim et Astaroth deos gētiles, quē admodū & nos haecenus (ab impijs doctoribus seducti) secuti sumus deos alienos, id est fiduciā nostrī & opa manuū nostrarū. &c. Iccirco perijt populus sub Philistijm, traditi & nos sumus dei aduersarijs propter cordis nostrī impietatem & idololatriam. Sub Samuele uero populus reuertitur ad deum, liberatur à deo, pacem habet, & inimicis supior est, quia in Samuele uerbū dei habet, Et nos iustificati ex fide pacem habemus, & premimus regnū satanæ & anti-christi sub pedibus. Rogate ergo (inquit Christus) dominū messis &c. Nā ira dei est cū aufertur uerbū dei, Esa. 3. & Amos. 8. rursum gratia cum redditur. &c.

Si in toto corde.] Ad primū præceptū, atq; adeo ad fidem siue fiduciā in deum eos reuocat, qua de re plenus liber Deutero. Aquam.] Vt hoc signifi-

caret corā domino, qđ lachrymæ & desideria supra
In psal. Effundite coram illo corda uestra. &c.

Ne cesses. Aliter nūc uerbo dei instituti sunt,
ut non dicāt, Arca liberabit nos, ut supra sub impijs
Ophni & Phinees. Clamauit.] Oratio fidei sal
uauit, non opus externum sacrificij.

Lapidem.] Qui esset signū diuini beneficij etiā po
steris, uel ex appellatione, quemadmodū & lapis Ia
cob Gen. 28. & lapides Iordanis Iosue. 4.

Vltra.] Scilicet sub Samuele, quēadmodū statim se
quitur. Nam scriptor scribit pro tempore suo.

In Ramatha.] Hæc adduntur ut uideas eū non am
plius esse sub uoto matris, ut supra indicauimus.

CAPVT VIII.

IC primū, quāuis occasione accepta
ex peccato filiorū Samuelis, tamē im
pie petūt regē, qui ipsos more gentium
defendat, non respiciētes in deum, qui
hactenus rex ipsorum fuerat, & pro eis pugnauerat,
quemadmodū Moyses dixit, Dominus pugnabit pro
uobis, uos tacebitis. quod dederat ipsis propter iudi
ces Moysen, Aaron, Iosue, Eleazarum, & subinde
alios, ut in libro Iudicum legitur, p quos eos saluos
fecerat ab inimicis usq; ad Eli, quādo ne propter im
pietatem quidem & Idololatriam ppli deseruit eos,

quin abiectis filiis Eli daret optimū Samuelem, ut iā
 maior eſſet impietas petere regem Samuele adhuc ui-
 uente, & non expectare à deo iudicem qui haecenus
 ſemper dederat, q̄ pro impijs filiis Samuelis, ut pro
 filiis Eli dediſſet alterum Samuelem rogantibus, qui
 hunc dederat ne cogitatibus quidem. Hoc ſcilicet eſt
 abijcere deum & confidere in homine, in quo non
 eſt ſalus, psal. 59. et cap. 45. Putabant enim ſe regna-
 tuos ubi regem accepiſſent, quæ humana prudentia
 ſemp̄ cedit in malum. Accuſantur uero, quæadmodū
 & patres ipſorum, quod increduli deo deſciant ad
 ſua conſilia, & præterea in ſententia perdurant ad-
 dentes impietate, ut ne indignatione quidem Samu-
 elis, ubi uidere poſſent ſe impie agere, ſed nec præ-
 dictione damni & incommodi ſecuturi, reſpiciant.
 Coniūge uero iſta cum cap. 12. quod huc pertinet.
 Porro quia deus hoc olim futurum præuiderat & le-
 gem conſtituerat, Deut. 17. de rege conſtituendo, ſe-
 quandoq; inſani more gentium regem poſtulaſſent,
 conſultus à Samuele nō permittit ut ſibi eligant quæ
 uelint, ſed quem ipſe uoluerit, ut in ſequētib; uide-
 bis. Nam & ſic dicit lex, Eum conſtitues regem, quæ
 dominus deus tuus elegerit &c. ne quid in illo popu-
 lo, imprimis tam grande negociū, ageretur ſine dei
 uerbo & mandato. Qui uolet, huc omnia
 addat quæ dixi de rege conſtituendo & inſtituendo

Nomen tu dno 20
 paristi 101 11-10
 p. 10. 10. 6 10. 10
 10. 10. 10. 10. 10. 10
 10. 10. 10. 10. 10. 10
 10. 10. 10. 10. 10. 10
 10. 10. 10. 10. 10. 10
 10. 10. 10. 10. 10. 10
 10. 10. 10. 10. 10. 10
 10. 10. 10. 10. 10. 10
 10. 10. 10. 10. 10. 10

Deut. 17. nam huc omnia pertinent.

In Bersabe.] id est in termino Iudeæ, ut supra diximus, quo non potuit Samuel accedere, & difficile erat populo Samuelem sæpe querere, psal. 98. indicat Samuelem sanctum peccasse, ut et Moysen & Aaron, id quod de peccato propter filios non satis institutos aut increpatos intelligitur. Non tamen accusatur hic à deo Samuel ut Eli. Nam forte non laturus erat filiorum peccatum, & abiectisset eos, ne iudices essent, si non Israëlita regem petissent, Neque isti filij auertisse leguntur populum à sacrificijs dei &c. ut filij Eli. Acceperunt munera.] cōtra Moysi institutionem, Exo. 17. Deut. 1. & contra legem Deut. 16. Exo. 23. Nomine munerū ueniunt omnia, quibus

tua queris nō quæ dei, ut tui cōmodi respectu agas &c. dicas cōtra rectū, contra conscientia, non habito respectu uel cōmodi uel incōmodi proximi uel pietatis.

Ius regis. Non qd' iure talia facturus sit coram deo, cū lex dicat, Nō eleuetur cor eius in supbia sup fratres &c. sed qd' non poterit aliter quem populus uult habere regē more gentiū. Postquā uero dominus concessit regē, cōcessit & illa quæ regia maiestas postulauit coram mundo, modo cor regis instituetur secundū Deuteronomium. Quā bene uero hæc omnia ceciderint, donec rursum redierit regnum ad deū per Christum, diximus in Deuteronomio. 17

ut in psal. 98. indicat
agras. cōtra: pot
arguit & horrendi
portant Aaron in
reple complanti
ut Samuel
s. ergo deo punit
stingit nō parit
q. tunc p. v
fodam & parit
I. d. munerū munerū
no possunt
Causa nos
ne in respectu
de. agas &c. ro.
re. p. p. p.
exaltat. & ados.
estor. punit &
re. p. p. p.

17. 1. 1.



In hoc & sequenti cap. declaratur Saul primus rex in Israël à deo constitutus ex stirpe Iemini & tribu Benjamin, in quo usq; adeo omnia conueniunt ad regiam dignitatem, ut hic iudicium rationis merito uideretur irridere uerbū dei in Samuele, qui petere regē tam sepe inculcat esse cōtra deum, ut & infra uidebitis. Nam qd' ad externā administrationē regni attinet, ipse fortis & electo corpore præ reliqs Israëlitis, fortis uiri filius est, & spū dei fortificatur, ut liberet populū de manu aduersariorū, ut uidebis. Quod uero ad animū coram deo attinet, modestus siue humilis est, ut uidebis infra in uerbis eius. Nunqd nō filius Iemini & c. & cap. sequēti abscondit se dum quæritur. & cap. 15. exprobrat ei Samuel, Nōne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es? & c. Si ista omnia fallūt, ut postea euentus declarat, quando quæso fidemus iudicio nostræ rationis? Iudicia dei nobis timenda sunt, ut in alijs, ita & in constituēdo magistratu, ne dicamus, Si ille factus fuerit princeps aut consul, tunc oīa meliora uidebimus. & c. Orandus est deus ut hic nobis cōsulat, & maxime in principibus ecclesiasticis, id est uerbi dei ministris. Rogate, inquit dominum meīs & c.

Terram

Terrā Zuph, id est in patriam Samuelis. Zuph enim erat atauus Samuelis, significat ergo propè Ramatham uenisse Saulem.

Quia repperi. Non quia populus meruit &c. Clamor supra ca. 7. Et fleuit omnis domus Israël post dominum.

Minima tribu, scilicet iam penè extincta propter scelus in uxorem leuitæ perpetratum, ut uides in fine Iudicum.

Assumens &c.

Et loco & cibo honorat Saulem præ cæteris.

In hac historia uides, quod apud homines est casus, fortuna, prudentia, industria, studium, apud deum esse prouidentiam. Quid enim magis fortuitum potuit uideri quā q. Saul ungitur in regem dum asinas quærit, dum uadit consulturus prophetam, cū tamen per hæc deus illum mittat ut ungatur? &c. Ita omnia ad quæ uel sponte agimur uel coacti propellimur, deo agente uel impellente fiunt, siue misericordia ipsius siue iudicio, imò deo sic disponente non ea fiunt quæ uolumus uel ad quæ cogimur, sed longe alia quæ ne cogitauimus quidem aut cogitare potuimus &c.

CAPVT X.

CApite superiori dicit dominus, Unges eū ducem super populum meū Israël, & hic, Vnxit, inquit, te dominus &c. Primus ergo rex qui iussu dei ungitur in Israël est

o

Saul, Antehac tantum sacerdotes Leuitici generis dei oleo ungebantur & quæ ad sacrificia pertinebant. Vtraque unctio à deo in populo Israël instituta respiciebat in Christum, id est unctum domini, qui dicit, Esa. 61. Spiritus domini super me eo quod dominus unxerit me &c. Et psal. 44. Dilexisti iustitiam &c. Sacerdos enim est & rex in quo cessat sacerdotium & regia dignitas in Israël, quia hic uera res est & aeterna, cum illic tantum fuerit figura transiens. Per istum & omnes Christiani sunt Christi, id est, sacerdotes & reges, quemadmodum & Abraham, Isaac & Iacob fuerunt, de quibus in psal. dicitur, Nolite tangere Christos meos &c. Externa tunc, institutione dei non inuentione humana, significabant spiritualia & interna, ideo his per Euangelium mundo propalatis non opus est illis, quæ pro tempore deus instituit & non permisit nobis ut similia fingamus & dicamus, Deus illa instituit & uoluit ita significare, ergo & quæ nos instituimus debent talia significare, quæ sunt nostrorum temporum impietas, quod humana signa diuinis comparamus sine omni uerbo dei. De unctione Christiana scripsit Ioan. epistola. 1. ca. 2. quæ & habuerunt qui olim iustificati sunt, ut de Abraham, Isaac & Iacob ex psal. dictum est. Est enim oleum leticiæ, id est spiritus sanctus in corde &c. Nostrorum hodie hoc impium argumentum est, si rem intuearis non uerba ipsorum. Quem deus iubebat un-

gi sacerdotem uel regem ille erat sacerdos uel rex à deo ordinatus & coram deo, ergo quem nos ungi-
mus sacerdotem uel regem sine dei iussione is est sa-
cerdos uel rex à deo ordinatus & coram deo. Quis ti-
bi hoc dixit? quod ex corde tuo finxisti, deus scilicet
acceptabit pro uerbo suo, mendaciū pro ueritate? &c.
Hic dominus iubet ungere, & Samuel dicit, Dominus
unxit te. Impie sentis si uis uideri opus dei facere qd'
dominus non iussit.

Et hoc tibi signum.

Res noua erat & uix Sauli credibilis, iccirco multis
à deo prädicitis signis confirmatur, ut credat uerbo
dei, sicut nos sacramentis externis confirmamur. Di-
sputant nostri hodie, an liceat signum petere, cū hoc
uideatur esse tentare deum, quibus respondemus, quæ-
dam uerba dei, ut sunt lex & Euangelium, pertinere ad
omnes, de quibus dubitare & nō uelle credere nisi si-
gnum uideas est omnino impietatis, & hic qui de signa
quandoq; dabantur sed illis quibus nondū erat præ-
dicatum, Hoc est quod Paulus dicit, Incredulis signa
data sunt. Impij sunt qui hodie Euangelio credere nō
uolunt nisi signa edamus, & tamen gloriantur se esse
Christianos & sacerdotes, clari uerbis confitentes se
non habere Euangelium, iccirco nō esse qd' dici uolūt,
qui & hoc errant & putāt se credere posse si signa ui-

An liceat
signum petere

derent, quasi nostro arbitrio credamus &c. Alia uerba dei sunt quæ non ad omnes sed ad singulares personas & singulares effectus pertinent, ut q. Gedeon debet esse iudex & liberare populū. Saul rex, Achas esse securus ab hostibus &c. Hic nihil uetat signa postulare, imò gloria dei est, dum libenter amplectimur diuinam uoluntatem modo de ea certi simus. Impius est ergo Achas qui diuinum signum respuit. Et si quid hic peccamus libenter fert deus nostræ fragilitatis necessitatem, ut uides in exēplo Zachariæ, Lucæ. 1. imò & isto peccato uult glorificari.

Prophetantes. Psalmos & uerba dei canebant spiritu docti, quæadmodū legis Asaph, Idithun, Heman, prophetasse confessionem & laudem domino in cithara, qui erant cantores à Dauide iussu dei instituti. 1. Para. 25. & Dauid infra cithara psallit & fugat dæmoniū. & Helizeus ad psalterium prophetat, 4. Reg. 3. Quod uero Saul, non solum nunc, sed etiam infra ubi aperte malus legitur, cum seruis suis prophetat inter prophetantes miraculum dei est, sicut & miraculum asserit Ioannes cap. 11. de Caipha, quem dicit non prophetasse ex seipso. & ca. 7. serui qui missi fuerant ad comprehendendū Iesum, dicunt, Nunq̃ sic homo locutus est, id quod non multum absimile est à facto seruorum Saulis infra.

Hinc Adagium, Et Saul inter prophetas, quod multis potest accommodari quæadmodum et illud gentile, Nos poma natamus. Verum hæc est stulticia sapientiæ humanæ, contemnere dona dei propter hominis personam. Vnde et Christus dixit, Non est propheta acceptus in patria sua. Vnde hic quispiam castigat aliorum errorem, admirantium, quod etiam filio Cuius talia contigerint, dicens, Quis est pater eorum, id est, prophetantium? q. d. Non ex patre et carnis propagatione est propheta, sed ex dei dono, qui dat cui uoluerit non habito magni tituli, aut parui siue ullius respectu etc. Non hic carnis opus est, sed dei uoluntas.

Mutaberis in uirum alium.

Dum carnales sumus differentiam facimus in operibus coram deo, et alia alijs indicamus acceptiora per errorem. Vbi uero spiritu dei siue spiritu fidei mutati fuerimus in uirum alium, siue in cor aliud, hanc differentiam amplius non nouimus, sed facimus quæcumque in manus uenerint, scientes per fidem omnia opera nostra esse equalia, et deo placere ut magna ita et parua siue modica, ut gloriosa ita et despecta, fides nullis se sinit alligari operibus, locis, temporibus, personis, observationibus, et omnino libera est, et nullis bonis operibus uacat, dans fructum suum in tempore suo, quæadmodum et supra de Hanna legis, quod eius uultus amplius non sunt in diuersa mutati ubi ipsa mutata

erat per deum intus &c. Hic non est opus doctore bonorum operum, licet admonitio sit utilis. Nam ut ait Paulus, Vbi spiritus domini ibi libertas, & i psal. 109. Christiani dicuntur, Populus spontaneus.

Et conuocauit.

Vides in hac historia quā sepe agat bonus pastor, ut populus suum tam grande peccatum agnoscat, q̄ petierint regem hominem protectorem, qui hactenus habuerant deum regem, ut supra dictum, & infra dicitur ca. 12. sed hæc omnia frustra, dum cæcum potius sequuntur rationis iudicium quā dei uerbum ex Samuele auditum. Caro ut nō credit dei promissionibus, ita etiam contemnit dei comminationes, nulli dei uerbo credit per naturam &c.

Et applicuit &c.

Prouerbiōrū. 16. dicitur, Sortes mittuntur in sinum sed à domino tēperantur. Non opus est querere, utrū sorte uti liceat, si fide cognoris sortes à domino temperari, & commendaueris oratione domino rem omnē, ut isto signo ostendat tibi in re necessaria quid ipse uelit, quemadmodū Apostolos legis fecisse, Act. 1. Hoc non est tentare deum, sed in re quā omnino non intelligis quid fieri debeat & tamen oportet ad dei gloriā & proximi salutem fieri, dei ipsius querere uoluntatem. Timor dei ista facit qui nihil audet cōsilijs humanis committere. Verum quod de sorte translatus est

apud latinos, in Hebræo significat signo externo deū indicasse quem elegerit. Sed cur ista facit Samuel? Respondeo, non sibi facit, sed populo, ut populus sciat hunc à deo in regem electum, ne hic fieret quod olim de sacerdotio Aaron &c. Nu. 16. Sic & in ministerio uerbi necesse est primū scire, q̄ qui docere uult apostolus sit dei, alioqui quomodo ei credes? &c.

Abconditus. Nemo recte honorem possidet nisi qui coactus dei timore assumit. Exemplum huius edidit Christus dum fugit quando uolebant eum facere regem. & docuit in parabola, Cum inuitatus fueris &c.

Locutus.

Fortē repetijt ex Deutero. de rege, & deinde ut obediendum regi. Posuit autē in librum coram domino in testimonium contra illos, sicut Moyses legē. Deut. 31.

In Gabaa.] Hinc Gabaa Saulis dicitur, Esa. 10.

Quorum deus.

Ista est uerbi & operis dei natura, non suscipitur, non placet, nisi deus suo spiritu tangat corda, quemadmodum & de reuertentibus ex Babylonica captiuitate dicitur. 1. Esdr. e. 1. ut uideas uires & arbitrium humanum esse nihil, & non posse nisi blasphemare quæ dei sunt. Qui antea peccauerant petendo regem, grauius iam peccant despicientes quē deus manifesto signo elegerat, non in uoluntatē dei sed in hominis personam respiciunt, quemadmodū semper caro solet, cui nihil

cū spiritu fidei cōmercij est, ut maxime omnia optimā
foris uel sapientiæ uel iustitiæ speciem habeant &c.

CAPVT XI.

Hoc caput confirmationē regni Saulis, ubi
fortiter per deum fecerat, habet.

Quasi post mensem, non est in
Heb. & corrumpit historiæ ueritatē. Nam
sequenti ca. dicit Samuel, q̄ Israēlitis cœpit imminere
Naas primū, quando petebant regem. In quo uidetur
carnis natura. Deum fateri uidetur protectorem, sed
in tentatione & angustia ad sua fugit consilia, nō agni-
to deo. Sic & Ahas non potuit persuaderi ab Esaia,
q̄ tuus per dominū foret à duobus regibus, sed dixit,
Non tentabo dominum &c. q. d. Non committam me
uanis promissis, præsens uideo periculum, uiribus hic
consilio & armis opus est, milites non prophetæ hic
ualebunt, ubi uacauerit prophetias audiā, nescio quid
sit quod dicitur de rege cœlorum, à rege potius Assy-
riorū suppetias quæram. 4. Reg 16. Itaq; tentatio pro-
dit quæ sit hypocritarum de deo fiducia.

Ammonitiæ sub Iepthe duce Israel repetierunt ter-
ram Canaan quasi iniuste occupatam à filijs Israel &
quasi ipsorum fuisset, & omnium uicinarum gentium
odia erant in Israelem, q̄ illic habitaret & alijs uiue-
ret legibus seq; gloriaretur esse dei populum & deos

gentium demonia diceret. Ita oppugnari oportet qui uolunt esse dei populus, id est non alijs quā dei uiuere legibus & uoluntate. Non cogitemus hic solum Turcas & manifestos latrones, sed qui fratres uidentur hostes maximi sunt, & uellent nos e terra esse sublato, nihil timentes hic irregularitatem uiri sanguinum, qui seruiunt deo die ac nocte, abstinentes ab omni opere immundo, id est, ab agricultura & sudore uultus, quemadmodū Hebræis tūc maximi hostes erāt qui secundū carnem fratres erant, ut Idumæi, Ammonitæ, Moabitæ, Hismælitæ siue Agareni, qui hodie dicuntur Saraceni. Vnde aiunt Idumæi in psal. Exinanite exinanite usq; ad fundamentum in ea.

Porro Ammonitæ qui ex Loth erant, sicut & Moabitæ, suscepti ex stupro filiarum, occidere uolunt fratres Hebræos nisi se ipsis tradant, & cū traditis aiunt se non posse pactum facere nisi eruant eis dextros oculos & ita eos faciant opprobrium in Israel. Proprie significant illos qui non sustinent ut uideamus oculo dextero, id est, oculo fidei, uolunt ut tantū oculo sinistro uideamus, id est, sentiamus secundū rationem & prudentiam carnis. Hic illa sunt opprobria in populo quæ hodie uidemus, abiecto enim intellectu dei, qui dicit in psal. Intellectum tibi dabo &c. intellectum nostrum sequimur quemadmodū equus & mulus suum. Hic nullū remedium nisi deus mittat qui zelo dei ac-

13

7 - frum 11 -
 2 - fur 7 - grad
 17 -

censi quasi Saul gladio spiritus nos redimant, id quod hodie facit &c. **Fueruntq;**

Nota hic, q; etiā ante regni separationē, separatis nominibus dicti sint alij filij Iuda, alij filij Israel.

Non occidetur.

Vindictam prohibet, ut à clementia regnum ausspicetur, & ne Saul propter se permitteret fieri cadem, qui alioqui iniuriam alijs illatam ut iudex debebat ulcisci.

CAPVT XII.



Quia populus sæpe admonitus uerbis dei, q; peccarit petendo regem, non uult agnoscere peccatum, acri oratione ex operibus dei longius quidem sed paucis uerbis repetita, in qua ostenditur hactenus deū regem fuisse & suscitasse bonos principes in hunc usq; diem, castigat populi peccatum, ut agnoscant quid ficerint. Et præterea manifesto dei miraculo dura corda uincit, & fateri cogit peccatum, quod hactenus sua sapientia iudicaret rem & utilem & necessariam & sanctam. In qua oratione ut multa scitu dignissima uidemus, ita non est nobis negligendum quid prophetam urgeat, qui se suosq; cōtemnit filios ad quos pertinebat principatus, & de solo pctō populi sollicitus est. Charitas hic regnat in sancto pastore ubi seuire uidetur, quēadmodū Ste-

phani deprecatio prodit quid illa mordacia uerba uoluerint, Nō sua querit, sed quæ populi sunt, atq; adeo quæ dei sunt. Sciebat non posse ignosci peccato nisi agnito. Itaq; scire oportet, q̄ deo non tam displicet q̄ peccatores sumus quā q̄ nos peccatores non agnosci-
mus, illud glorificat deum, hoc contemnit, & Christus uenit peccatores saluos facere, non iustos, id est illos qui peccata sua propter operū iustitiam nō agnoscūt.

Primum impie fecisse declarat populum, q̄ sub iusto & optime sibi conscio Samuele regem petierint. Unde sunt illa dei uerba supra, Non te sed me abiecerūt. quemadmodū & Christus urget Iudæos contemptores, dicēs, Quis ex uobis arguet me de peccato? In quibus uerbis & boni iudicis siue principis exemplum descriptum est secundū legem domini Deut. 16.

Christum] uocat unctum regem, qui astabat unctus iussu dei &c.

Nunc ergo.

Deinde declarat deum hactenus regnasse in populo & populum sub deo habitasse cōfidenter, quæ gratia in prophetis etiā promittitur oībus in Christum credentibus, ut habitēt cōfidenter sed in spiritu. i. securis sint corā deo cōscientijs, pace dei in corde per spiritū regnāte, Hierē. 23. Esa. 32. Populū autem nūc abieciſſe electione regis deū, maxime oppugnāte Naas, qua de re dictū ea. superiore, quis hoc nō indicaret impietatē

*Israel habitabit
in fide.*

modo per cecitatem ista uidere licet?

Tradidit. Sic & in spiritu agitur, dum deum ex operibus agnitum contemnunt homines, & traduntur à deo in reprobam mentem, in desideria cordium suorum &c. Rom. 1.

Postea autem. Dum ex historia & operibus dei indicat peccatum, insinuat etiam clanculum poenitentiae exemplum, ut isti faciant atq; illi &c.

Si timueritis.

*in filius pri-
in quib. no-
est fals* Non est uobis confidendum in rege. Si credideritis deo deus primum seruabit uos ne tradamini dys alienis in corde, & deinde ne hostibus corporis &c. Idem dicitur in psal. Israël si me &c. quae est praedicatio directe contra liberum arbitrium &c.

In his omnibus uides utilitatem historiae sacrae. Videre eos uult in opera dei qui uerba non audire potuerunt, ut uel sic ad fidem prouocarentur. Vnde & in

*da alius dicit
opa cor y 22
regum ad mch
ad pps qui no-
till. x. omnia opa dei
7 - opa
7 - diffines
7 - o ad fuit -
7 - o* psalmis saepe accusantur impij, q; in sua consilia & opera respiciunt non in opera domini, psal. 27. & psal. 91. Deum tuum. nostrum, non audent dicere. Nolite timere. Hactenus legis erat praedicatio, Hic iam agnito peccato Euangelium sequitur, & iam uictor Samuel non cessat orare & docere, quae sunt sacerdotis officia. Propter. Non propter merita aut demerita nostra benefacit nobis deus, sed propter duo quae ubique inculcat scriptura, quae sunt misericordia & ueritas.

*Ro. 13 ad o rhris
in m m r o f o b p u r m m
7 g a r o b p n a g l o r i f i c a
d n*

HActenus uidimus dona dei in Saule, nemo potuit ne suspicari quidem malum de eo, sed profundum est cor hominis & inscrutabile, etiam ipsi homini. Tentatio uero et necessitas hypocrisis declarat. Sequentia igitur declarant hypocrisis eius & impietatem, & q̄ querit in omnibus sua, incredulus deo & uir sanguinum cōtra proximum, quales sunt omnes hypocritæ utcūq; sancta specie ad tempus imponant iudicio humano. Hic uidere licet usq; ad mortē Saulis quid sit regnare aut administrare quippiam absq; fide, habere dona dei & abuti, id est, non fidere deo nec timere deum. Nihil inuenies in historia Saulis quod sapiat fiduciā in deū, mera diffidentia sunt omnia, mera temeritas, mera hypocrisis & ambitio, & tamen optimus in omnibus rex uidetur. Non facile inuenies aliud exemplum in quo apertius hypocrisis humani cordis descripta sit.

Elegit.] Quæ prudentiæ militaris sunt exequi-
tur. Ceterum q̄ confidit in talibus & in exercitu, in-
dicatur statim infra, nam diffluente populo diffidit,
sicut omnes qui confidunt in re quoq; salutis suo ar-
bitrio, sapientia, uiribus, iustitia, non deo &c. Ionate
autem filij eius fiduciam in deum, non tacuit scriptura
infra cap. 14. Vnde fortis est per deum & fortia facta
facit, sed ex quibus gloria accedit patri, qui uelut ani-
mo per deū forti irruit strenue in hostes ubi uidet rem

sic 1 Co 9 qm
→ fundati sūt
lapidi fidei: ras

bene succedere, ut uides hic & sequenti cap. & fingit apud semetipsum, q. deo optime cōfidit, nec aliud nouit &c. Itaq. sola tentatio probat hypocrisim & diffidentiam nostram, non solum alijs sed etiam nobis.

Arena.] Hyperbole.

Bethel.] Id est domus dei, alio nomine dictus est Bethhauen, id est domus idoli, ppter idololatriā quā loco cultus dei illic impij exercebant, maxime tempore Hieroboam & post eum, qui constituit illic uitulū aureum &c. Tametsi omnes Israelitæ ex Eber

Ebræi dicti sint, ut supra uides ubi dicitur, Audiant Ebræi, & uniuersus Israel audiuit, tamen ex hoc loco uidentur quidam tunc prae ceteris ista appellatione fuisse insignes in terra Gad & Galaad.

Iuxta placitum Samuelis.] supra cap. 10.

Tentatio Saulis describitur, q. dilabatur populus, q. Samuel expectatus non uenit, & diffidentia quasi necessitate coactus sacrificat, nō expectato Samuele, contra dei uerbum. Hypocrisis non credit uerbo dei, ad opera confugit, desperat, & tamen placationē dei hoc ipsum putat quod est dei ignominia, ut infra cap. 15. uidebis. Stulte agit qui plus instantem timet necessitatem quā dominum. Talia sunt omnia opera & cultura dei illorum qui uerbū dei non suscipiunt. Quicquid enim est sine fide, peccatum est. Idcirco Saulem abiicit deus qui deum abiecerat. Hoc iudicium interim

mūdu non uidet. Nam Saul & postea inter homines regnat, cuius regnum Stephanus ait quadraginta annis durasse.

Quæsiuit.] Prophetat de regno Dauidis &c.

Tres cunei.

Vt ab omni parte concluderent Israelitas & præderentur uastarentq; omnia, quemadmodū in Hebræo dicitur &c.

Porro faber.

Misera seruitus significatur Israelitarū qua hæcenus præsierant à Palestinis. Insignis est hæc figura aduersariorum populi dei. Cauent ne habeant gladium & arma, id est uerbum dei, quo se tueantur aduersus ipsorum seductiones & tenebrarum regnum, prohibentes laicis ne legant uerba sacra, alijs ne aliter intelligant quā ipsi uelint, ut uerbum dei seruiat Palestinis non Israelitis. Sic gladium & arma interpretatur Paulus Ephe. 6.

CAPVT XIII.



Aule cessante & non audente in aduersarios propter paucitatē exercitus, deus insigni miraculo edit exemplum fidei in deum per Ionatan & armigerum eius, quo declaret non in uiribus humanis esse uictoriam &c. Hic redit ad regem populus, & rex fugientes

hostes persequitur, strenue agit ubi uidet rem bene cedere, uoto & iuramento se suumq; populum astringit, se non commesturos donec conficiant aduersarios. Atq; hic ita gerit hypocrisis omnia, quasi nemo in toto mundo ita fidat deo, cum tamen hic nulla fides, Quæ est natura hypocrisis ubi prospere omnia aguntur, cæterum in tentatione desperat, ut præcedentia indicant & præterea finis Saulis.

Ephot] scilicet sacerdotale, de quo supra. Vnde infra legis, q; Saul per sacerdotem consulere uult dominum, sed responsum domini non expectat, dum uidet uictoriam in manu, aut dum timet appropinquare aduersarium exercitum.

Ecce nos.

Signo uult certificari de uoluntate dei in opere isto quod erat contra naturam &c. de quo supra diximus, & ex signo confirmatus dicit, Tradidit dominus eos in manus Israël. Spiritus fidei agitabat eum, ut non opus habeas disputare, an Ionatas tentarit deum. Impium est disputare de factis sanctorum non considerata sanctorum fide, ut interim taceam de miraculis quæ non sanctos sed deum operatum fuisse ne caro quidem negare potest, nisi q; his hystorijs non credit. Verbum dei habebat Ionatas, promissionem legis. Leuit. 26. Persequimini inimicos uestros &c.

Et ecce.] Suo se gladio iugulant, excæcati a deo

& in

Et in furiam uersi, qui contra dei populum pugnant. Sicut qui hodie scripturis, quasi pro se contra Euangelium citatis, suam mūdo ex iudicio dei produnt amen-
tiam et errorem.

Sed & Hebræi.

Isti significantur qui florente Euangelio accedunt, crucifixo decedunt. Qui ad tempus credunt et in tempo-
retentationis recedunt.

Adiurauit. Adeo ista hypocrisis iam regnat ut iudicio etiam aliorum deo proxima uideatur et nihil aliud querere quā dei gloriam. Habes hic insigne exemplum temerarij uoti, siue iuramenti, quemadmodū erat et uotum Iopte, quid quæso attinebat ad rem, non se modo sed et totum populum in periculū adducere? quemadmodū fide plenus Ionatas infra reprehendit patris factum, dicens, Turbauit pater meus terram etc. Iccirco istam temeritatem deus castigat dum offert ei proprium filium innocentē et sanctum, propter iuramentum occidendum, ut bis fiat impius, quē admodum et castigauit temeritatem Ieptē, qui nescia quid obtulerit domino, cum doluisse legatur q. filiam debebat immolare. Recte hic populus dicit, hoc esse nephas, perdere innocentem propter temerarium regis iuramentum. Talia sunt omnia nostra iuramenta et uota sine fide, in hypocrisi, et postquā temere uouimus, ad gloriam dei (si fieri possit) offerimus diabo-

Io animas nostras &c. Illuminati &c.

Id est, confortatus est, unde hilarior apparebat uultus,
qui deficienti corde humilior & tristis apparet &c.

Cum sanguine.

Contra legem Deut. 12. & alibi. Vide quæ dixi in Deu-
ter. Vides bona opera Saulis, persequitur hostes, iurat
deo, uetat ne edant sanguinem contra deum, ædificat
altare domino, sed non scribitur inuocasse dominum,
quomodo enim inuocabunt in quem nō crediderunt?
Ista autem omnia sunt opera absq; fide, & similis est
penna Struthionis pennis herodij & accipitris. Iob
39. Iste est cultus dei & religio omnium hypocritarū.

Viuat dominus.] Altero iuramento prius confir-
mat.

Hæc faciat.

Tertio iurat, sed populus contrario iuramento & di-
uino absoluit Ionatan à temerario.

Et Saul confirmato.

Videns uictoriam esse in manu sua strenue ubiq; agit,
dum deo per eum agente nemo in conspectu eius con-
sistere potest, ita ut nunquā melior rex futurus in Isra-
el ne cogitari quidem potuisset, secundū mundi &
carnis iudicium. Nec mirum si per impium hypocris-
tam ista agit deus secundū uerbum promissionis suæ,
qui etiam prædicat & facit miracula per impios hy-
pocritas, qui dicent, Domine nōne in nomine tuo
prophetauimus &c. Matth. 7. Et uirga furoris dei &

Baculus est Assur, Esa. 10. &c. Et regi Babylonis uice
stipendij à deo datur Aegyptus q̄ seruerit deo uastan-
do multo sudore Tyrum, Ezech. 29.

Fuerunt. Hec adiicit scriptura ne Saul sine hæ-
rede esse uideatur, quem dominus abiicit cum tota po-
steritate.

Nam. Hec est prudentia rei mi-
litaris in qua Saul fidebat plus quā in deo. Vbi sunt &
post eum pij reges non dissimili prudentia sed alia fi-
ducia &c.

CAPVT XV.

Hic alio facto sese pinguius declaratur im-
pietas Saul, nisi ceca esset ratio humana
quæ hic nihil uidet nisi pietatem, adeo fal-
litur specie sanctitatis. Saul secundū uer-
bum dei percutit impios, prospere agit per deum, &
seruat regem humanitas uidetur, & p̄ccora pietas &
dei cultus, nempe ad sacrificium, quis ista damnet?
quis non coram hominibus optimum regem, coram
deo pietatem probaret? Sed ista scripta sunt, ut cecā
rationem discamus non sequi, timere uero ad iudicia
dei, ut non deseramus uerbum eius propter nostram
bonam intentionem & excogitatum dei cultum.

Nunc ergo audi.

Eidem in uerbū dei exigit propheta, ut obedias uoci

domini, quantumcunq; inhumanū iudicetur à tua sapientia quod deus iubet. Obediendū est uerbo dei, non de eo disputandum aut disceptandum, etiam si iubeat spoliare Aegyptios, occidere Amalechitas &c. Ista fides exigitur à Moise per totum serē Deuteronomiū. Hac sequi debemus dominum, & ingredi in tenebras sanctas, ut Abraham qui secutus est dominum uocantem nesciēs quo iret. Heb. 11. Fidelis sentit quod in psal. dicitur. Quoniā tu es qui extraxisti me de uentre &c. Saul uero ut omnes hypocritae contra sentit quasi ad honorem dei, dum suae glorie erecto arcu triumphali, & suo cōmodo seruata pingui praeda consulit. Talis est omnis cultus dei hypocritarum hodie, ut & olim, opinionem apud homines defendunt & sua querunt, contempto interim uerbo dei, quasi meliora sint quae ipsi excogitauerunt &c.

De Amalech delendo lege Exo. 17. & Deut. 25. qui nulla humanitate etiam lassos filios Israel & qui erant in cauda siue extremo agmine percusserit. Quē admodum infirmiores, ab euangelio auertunt, & illic impugnant ubi causa corā iudicio carnis uidetur magis fragilis &c. Neq; tamen in his & similibus attendere debes solum quid impij fecerint, quemadmodum hic Amalechitas scriptura describit, sed etiam & multo magis iudicium dei nobis inscrutabile. Video nāq; quid fecerint Amalechitae, sed quo dei iudicio in ea fa-

At ut percuterent filios Israel inciderint non uideo. Deus cū uult perdere impios, efficit ut cōtra se agāt, Ro. 1. Sic de Pharaone dicitur, in hoc ipsum etc. Sic et hic de Saulis operibus sentiendum, peccat, sed quo iudicio incidat in hoc peccatum non uidet caro, antea damnatus erat, sed qui sit iam etiā nobis declaratur, nisi ceco iudicio rationis ista non uideremus etc.

Cineo. Cinei erant cognati Moysi ex Ietro socero Moysi, uide Exo. 18. Nu. 10. Iudicum. 1. 4.

Nunquid.

Insignis locus quo damnatur hypocrisis omnium quē suo nomini, opinioni, meritis, lucro et uentri consules fingunt dei cultum, et non obediunt dei uerbo. Fiduciā in alia quā in deum, ambitionem et auariciam et usuras et mendacia cōtra uerbum dei, quae deus odit, uocant dei cultum et gloriam et sanctorū uenerationē etc. cum sit mera idololatria, fiducia demoniorum, et uexatio conscientiarum, ut hic dicitur ex Hebræo.

Peccaui.

Hec est poenitentia impiorum, qui tantum respiciunt in damnum quod patiuntur siue opprobrium, ut Saul et Pharaō et Esau, aut in angustiam animi et terrorem iudicij dei quae sentiunt, ut Iudas apostolus, a quibus si possent liberari, peccatum in deum contemnerent. Hic ergo non deum sed sua querunt. Idcirco haec poenitentia remissionem non habet peccatorum quia

non est ex fide. Neq; pōt abscondere hypocrisim Saul
 qui infra dicit, Peccavi, Sed nunc honora me corā &c.
 Neq; aliud intellige quā hypocrisim fuisse q̄ adora-
 uit dominū, sed scriptura historie narrat factū quod
 illic oculis humanis exhibitum est, nempe q̄ Saul proci-
 derit corpore coram domino, quam uocat scriptura
 adorationem, sicut quando legeris Abraham adorasse
 terræ populū &c. Et hic Samuel reuertitur quidem
 cum eo præstans homini officium quod tantopere po-
 stulabat, non tamen cum eo adorat, sed exequitur oc-
 cidendo regem Agag, quod Saul ex præcepto domini
 neglexerat & contempserat Scidit. Ex
 facto quod accidit prophetat regni amissionem.
 Poenitudine, Id est, non poenitebit eum. Con-
 tra Hiere. 18. Si poenitentiā egerit gens illa à malo suo
 quod locutus sum aduersus eam, agam & ego poeni-
 tentiam &c. Sed hæc est promissio dei quæ seipsam in-
 terpretatur dicens, Si poenitentiā egerit gens illa &c.
 Impius autem Saul non potuit dicere quod Dauid. 2.
 Regū. 15. Si dixerit mihi, non place, spræsto sum &c.
 Nec potuit poenitere eum sui peccati, tantum poenituit
 eum sue confusionis &c. Consonant his quæ dicuntur
 Eze. 18. Dominus itaq; agit poenitentiam non propter
 nostram poenitentiā sed propter suam promissionem,
 qua promittit se ad futurū illis qui resipiscunt, id quod
 non possunt absq; eius gratia, & sic cōuertitur ad eos

hic defendit Cris-
 tianus q̄ talia
 facta possunt vi-
 deo p̄ se glorio-
 sa. m̄s. a pot. f.
 ar p̄p̄t. char.
 vari. ita. nō. p̄p̄t.
 opus. agit. p̄d. ali-
 que. quod. est. ch-
 ritas. Abraham.
 Moysi. Josue.
 Sampson. 7.
 hic. Samuel. 2.

quos ipse conuerterit. Quod autem quosdam non conuertit iudicium est. Præterea quod statuit deus immutabile est, quod cōminatur ipsius amouetur gratia, Statuit contra contemptores, cōminatur filiis, ut quando dicit, Adhuc XL. dies & Niniue subuertetur &c. Item, Potuisset Sauli dimitti peccatum, utcumq; non fuisset secundum dei sententiam restitutus in regnum. Non enim propterea fuisset Dauid condemnatus, si non fuisset redditus regno in Absolonis persecutione, Crux enim fuisset, non impietas, non illam sed hanc odit dominus &c. Sed quid attinet ista multis dicere, cum statim in fine huius capitis dicatur, dominū poenituisse q̄ constituerit regem Saul, id quod directe pugnare uidetur cum eo quod præcessit. Neq; enim homo est ut agat poenitentiam. Ad quod dico breuiter, Deus more humano non agit poenitentiam, nam omnia præscit, tamen scriptura quæ nobis loquitur, more humano de deo loquitur, & uelut de homine dicit deum poenitere, quando immutare uult quod fecerat, ut Gen. 6. Vidēs deus q̄ multa malicia &c. Contra dicit deum non poenitere, quando deus uult immutatum tenere quod statuit, ut Iurauit dominus & non poenitebit eum &c.



le reprobatō Saule inungitur Dauid fratrum minimus, per cuius lineam regnū tandem redit ad deum in Christo Davidis filio, ut supra diximus, illum spiritus malus exagitat, hunc spiritus bonus immutat & confortat à deo dilectum &c. Ille enim post hac tyrannidem suam haud obscure declarat uel in Dauidem, quemadmodum omnes principes qui spiritum dei ignorant, et tamen in hoc quoque excusatur à sapientia carnis, quod persequitur illum qui uidetur appetere regnum & quem populus diligit quasi contra regem, ut ne uel ista tyrannide boni principis nomen amittat, dum hypocrisis omnia tegit. Hic autem uerus coram deo iam rex nihil minus uidetur quam rex, regnante adhuc coram oculis hominum Saule, imò quotidie traditur in mortem, eiicitur non solum ut exul, sed etiam ut malefactor, ut in sequenti historia uidebis. Ita præparat deus suos electos ad regnum uerum.

ALLEGORIA.

Duplex regnum est ubi populus dei nominatur. Saulis & Davidis, illud hypocritarum, hoc electorum, illi florent, sapientes, potentes, iusti iudicantur & à se & ab alijs ante crucem, Hi autem cruce & morte ducuntur ad gloriam & uitam, ut interim nihil in eis uideatur nisi despectū, insipientiam, peccatum, damnationem, & ipsi in se quandoque nihil aliud uideant, quemadmo-

dum in multis psalmis uides. Hæc est uia dei carni incognita, quam ipse reuelat paruulis. Saulis regnum quod parit antequam parturit Esa. ult. non est dei, Dei autem est regnum Davidis, quod est in Christo æternum. In primis uero David caput nostrum Christum representat, Deinde & omnes quotquot sunt in Christo &c. De unctione supra diximus.

Quo uadam.

Vides Samuelem esse peccatorem similem nobis. Non sine peccato potest esse iste timor, uerum propter hunc timorem non est omittendum quod deus iubet, ut maxime ista impuritate, id est timore, aggrediaris. Fides hic absorbet peccatum ne imputetur. Libenter ista de sanctis lego, alioqui quæ mihi consolatio in miraculis eorum?

Et ait dominus.

Non ergo uides hic mendacium, ubi dominus iubet & instruit, & nihil dicitur contra conscientiam, ut hoc exemplo liceat aliud fingere ubi timetur, De mendacio uero sanctorum dicemus forte cap. 20.

Sanctificamini. scilicet ut abluatis uos aqua & induamini mundis uestibus. Quæ significant fide accedendum esse ad deum qua purificantur corda &c.

Vidit Eliab.

Prohibet dominus Samueli in exemplum nobis, ne suum sequatur iudicium, secundum ea que apparent in Eliab, quandoquidem omnia iam ante fecerunt in

Saule. Si oculos suos secuti fuerint decipiuntur hypocrisi & bona specie etiam sancti. id quod ego intelligo concupiscentiam oculorum in epi. iohannis. Dominus autem promittit nobis oculos suos, Psal. 31. Firmabo super te oculos meos etc.

Paruulus. Isti debetur regnū quem neq; pater neq; fratres neq; ipse Samuel cogitarant. Regnū dei non est cum obseruatione. Nouit dominus qui sint sui, & totum cap. 53. Esa. indicat Christum propter formas crucis non agnosci. Hypocrisis autem in Eliab primogenito infra cap. sequenti se declarat cum inuis de dicit ad Dauid, Quare uenisti etc.

Spiritus domini recessit a Saul.

Quid queso istud est? nōne & supra Saulis impietas descripta est? cur nunc primum scribitur spiritus domini recessisse ab eo? Respondeo, Spiritus domini sic est in peccatoribus postquā recesserunt à deo, ut arguat conscientiam eorum de incredulitate, quemadmodum Christus dicit, Spiritus arguet mundū de peccato, quia non credunt in me. Recedit autem dum desperantes traduntur in reprobam mentem, quando amplius nulla spiritus increpatio apud cos ualet, sed contemptores sunt & irruūt de scelere in scelus. Hoc est quod dicit dominus Gen. 6. Non diiudicabit spiritus meus in homine in aeternum. Antehac igitur Saul potuit conscientiam habere peccati, posthac omnino

contemnebat, & tyrannide uoluit regnum statuere etiam uidens dominum ad Dauidem transisse, ut infra uidebis, quæ summa impietas est, uelle scilicet etiam contra deum manifeste pugnare, sed ita agitat spiritus nequam, qui reprobam mentem agitat furijs quousque.

Scientem psallere cithara.

Multis questionibus se torquent hic, dum exquirunt num demones delectentur aut moueantur musicis instrumentis, quemadmodum similibus ferè nugis solent ubique chartas complere. Breuiter sic habeto. Instrumentis musicis tunc, ut nunc nostri, sese oblectabant. Verum non ut nostri, qui gaudent impuris carminibus, canebant solam dei laudem & misericordiam compositis psalmis & hymnis, id quod diabolus ferre non potest ubi fide psallitur & cantatur, quemadmodum canuisse Dauidem non dubium est. Quoties ergo spiritu domini psalmum canis domino, scito te cithara cantare Dauidis, maxime dum cantas alijs ut resipiscant à satanae laqueis per uerbum dei, sed contigit Dauidi quod queritur dominus, Cantauimus uobis tibijs & non saltastis, quemadmodum & Samueli quod additur, Lamentati sumus & non plorastis. Figura est Saul illorum qui melius uidentur habere ubi audiunt uerbum dei, ceterum nihil mutantur, cadit enim uerbum secus uiam &c. & nonnunquam psallente confodere moliuntur, ut infra ca. 18.

Ridiculum est hic multa quærere de fidibus, cum hic solum sit fidei in Dauide negociũ, Nam de hypocritis qui opera sanctorũ tantum respiciunt, & per hæc sese placere, ac illi placuerũt, putant, dicitur Amos. 6. Quæ canitis ad uocem psalterij, Sicut Dauid putauerunt se habere uasa cantici &c.

Iubeat. Hæc casus putantur cum sit prouidentia dei de Dauide. Sed uidebis qui ad aulam honorandus iudicio carnis rapitur, ad crucem certe rapitur iudicio dei, ut infra uidebis.

CAPVT XVII.



In hac historia quis non uidet quid ualeat fides contra Satanam & exercitum tenebrarũ, cui seruit hic mundus dum persequitur euangelium in Israelitis, id est, populo dei?

ALLEGORIA ergo est.

Goliath est princeps mundi, Philistæi regnum eius, Saul pastor absq; fide, Dauid Christus & quisquis in Christo fuerit iam spiritu robustus. Israelitæ trepidum adhuc euangelij uulgus, quod per Christum & bonũ pastorem, id est, euangelium prædicatorem animatum omnibus hostibus superius euadit. Item Saul more suo cunctator est, & facit tremere cunctum Israel ad unum Philistæum. Regnum enim hypocritarũ tale est aduersus Satanam, & dei iudicia ferre non potest, nõ enim est illic spiritus uictor. Solus autem Dauid, id est,

Christus saluat populū, Id quod multo dignius ex huius historie uerbis legeris quā ex cōmentarijs humanis. Miram fidem Dauidis & zelum pro populo contra blasphemiam aduersarij hic uides in Dauide, ardet totus dum spiritu fertur pro gloria dei. Isti sunt Christi affectus sese offerentis pro nobis, ut statim initio inunctionis sue ostenderet Dauid per deum, quid ipsius regnum esset effecturum in Christo Dauidis filio. Iste quoque est affectus omniū fide pugnantium contra Sathanæ astutias, mundi sapiētiam & potentiā, non sunt hic arma carnalia. 2. Cor. 10. sed omnis armatura dei, Ephe. 6.

Altitudinis.

Hec omnia describuntur, ut uideamus postea fidei in deum potentiā, & quā non sit facile fidere deo. Timent hic filij Israel, ut olim quando miserāt exploratores in terrā Canaan, qui reuersi dixerūt, gigantes uidimus, urbes usque in coelū munitas &c. Fides nō respicit in ea quæ apparent, sed scit oīa esse possibilia cre. Et aiebat, id est gloriabatur, Sicut hoc dēti. die qui gloriantur de euangelij impugnatione.

Dauid autem.

Antithesi describitur Dauid abiectus postq̃ gloriosus descriptus est Goliath.

XL. diebus.

Deus auxit hanc tentationē ut solet, ut oībus desperatis magis insigne fiat fidei miraculū, Sicut enim Saul hypocrita ubi describitur, ita Dauid fide plenus &c.

Dixit Isai.

Vides rursum dei prouidentia, id quod casum putant homines.

Quid dabitur.

Non sua per hæc quæ fuit Dauid, qui se offert iudicio omnium in mortem, sed occasionem querit ut à rege uocetur. Vult enim mitti iam spiritu tractus, ut Esaias qui ait cap. 6. Ecce ego, mitte me.

Quod cum audisset.

Non mirum de Philistæo cum & frater contēnat Dauidem inuidia motus, sed ut illius blasphemiam non fert, ita huius inuidiam & contumeliā contemnit, Christiana uita hæc est, ubi non solum ab aduersarijs, sed etiam à falsis fratribus periculum est, præcepto patris uenerat & zelo dei mouebatur, quæ iudicantur à fratre superbia & nequitia cordis, Non possunt enim hypocritæ non male iudicare de proximo &c.

ALLEGORIA. Patris imperio uenit Dauid, & Christus factus est patri obediens usq; &c.

Non concidat. Fides Dauidis & diffidentia Saulis describitur, simul et magnitudo rei quasi impossibilis.

Pascebat.

Exemplis persuadet, quæ hactenus latuerant, quæ fuit Dauidis modestia. Hæc est fides exercitata quæ sepe experta dei in necessitate adiutoriū, Porro nō diffidit ad futurum, sciens q; manus domini non est abbreviata. Sic argumentabatur apud sese Dauid, Si adfuit do-

minus pro rebus & corpore contra ursum & leonem
pugnanti, multo magis aderit blasphemiam tam insig-
nem non ferenti, quæ iactatur in dei populū atq; adeo
in deum ipsum.

Erit igitur.

Vides quo zelo feratur pro gloria dei & salute popu-
li, non hic respiciendum in Dauidem sed in spiritum
dei agentem ipsum Dauidem.

Non possum &c. Hæc facta sunt ne quid hic
tribueretur armis & potentie humanæ.

ALLEGORIA. Dauid non bellicis aut mundani
regni armis pugnat sed suis, id est, baculo pastoralī
& funda & quinque lapidibus, quæ despiciuntur & ira-
ridentur à Philistæo, significant enim uerbū dei mun-
do despectum, & stulticiam uerbi crucis. 1. Cor. 1. sed
istā infirmitas & stulticia & ut uocant, hæresis deijcit
mundi potentiam, sapientiam & iustitiam, & princi-
pem mundi eijcit foras, totūq; inferorum exercitum
contra dei uerbum reluctantem confundit & in fugā
uerit, Hæc est manus domini quam hodie uidemus.

Adolescens. quem potius possent amare mu-
lieres, quā q posset congregari cum gigante bis armato
& ad prælium doctissimo?

In nomine.

Nomen domini opponit omnibus armis mūdi & astu-
tie bellicæ &c. secundum illud in prouerbio. Turris for-
tissima nomen domini &c.

Vt sciat. Vides quare oīa ista aggrediatur Dauid.

nempe ut glorificetur deus Israël etiā in gentibus & populus Israël discat confidere deo.

Ipsius.] Nihil sibi arrogat, sed oīa deo fert accepta. Vide orationem Matathie. 1. Mach. 2. & Iudæ ca. sequenti &c. Caput percutit sine quo reliquū corpus nihil est, quod & post amputat & in triūpho traducit. Hoc est caput serpētis quod insidiatur calcaneo nostro ut cadamus, sed contritū est à Dauide, Gen. 3. Est enim persuasio Satanae contra uerbū dei, iustitia illa humana, quā Paulus uocat doctrinā demoniorum, quam uulnerabis & deijcies stulta prædicatione dei, dum docueris solius dei esse iustitiam per Christū. Ex isto uno articulo statim sequitur iustitiam & uires humanas nihil esse, cadit princeps mūdi, & territæ oēs sectæ iustitiarū exercitus cōfundūtur & in fugam uertuntur & pereunt. Ab isto capite incipiendū, ut doceas iustitiam dei contra iustitiā mundi, tūc reliqua uictoria facilis est. Nō incipiūt à capite qui externa quoddā & minora statim cōuellūt &c. Gladiū eius. Sic aduersarios quādo producūt contra nos scripturas proprio gladio iugulamur. Et Satan pugnans contra Christum suis sese confodit armis &c.

Caput in Hierusalem.

Sic Paulus Col. 2. loquitur de lege quæ est uirtus peccati quod uenit super nos per Satanam, dicit. Deleto quod aduersum nos erat chirographo &c.

Tab.

Tab. suo.] Gladius tamen postea inuenitur in tabernaculo domini, infra capite xxi.

De qua stirpe. Mirū hoc, quod uidetur non nosse, quem antea dilexerat armigerū, sed de progenie interrogat, cuius facile oblitus fuerat rex, & praeterea stupor & admiratio tenuit regē. Adde quod de progenie interrogat, nam promiserat filiā Philistaei occisori. Verū quam fraudem hac occasione ei intenet, uidebis capite sequenti.

CAPVT XVIII.

Idem uidimus Davidis, quam necesse est sequi crucem, & fidei probationem. Atque haec ipsa gloria deuicti Goliath occasio est persecutionis, dum Saul nō fert sibi aliquē praeferrī, ut uideamus sanctos utcunq; peccatores, tamen non propter peccata, sed propter iusticiam pati persecutionem. Quo enim honore nō dignus fuisset David, pro tā sancto facinore? Sed oportet fieri, quod Christus dicit in Psal. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi &c. Diuersi uero describuntur in sequenti scriptura Ionatas & Saul propter dauid. Ille pius ut supra uidimus, insignes in eo amant uirtutes & pietatem, scdm illud, Qui timent te uidebunt me & letabuntur, quia in uerba tua speraui. Hic autem impius non potest non odisse & persequi pie-

Q

tatem. Hic timet ne amittat gloriam & regnum, ille ad quem post patrem regnum pertinuiſſet, non ſua, ſed quæ dei ſunt, reſpicit. Sed ſerè fit, ut dum alij nobis fauent, & alij inuidet & oderunt, illi occultiores ſint & infirmiores ſcđm mundũ, quàm ut tutari poſſint, hi autem potentiores & plures. Ita & hic, id quod deus curat nobis, ut omnibus deſpatis uideamus eius erga credentes miſericordiam & manum protegentem, etiam in media morte & inferis, ut non ſimus (ait Paulus. 2. Cor. 1.) confidentes in nobis. Præterea ut ſcias, quàm non negligenter ſint nobis legenda ſimplicia, ut appareret ſcripturæ uerba, in hoc capite manifeſte depingit nobis in Saulis inuidia peccatum illud in ſpiritu ſanctum, dum non ſemel inculcat, quod Saul cognorit dominum à ſe receſſiſſe, & eſſe cū Dauid, & tamen omni conſilio & ſtudio egerit ut occideret eum, id quod eſt manifeſte contra agnitã ueritatem, atque adeo contra deum, quem uidet eſſe in proximo, pugnare. Non eſt hic error aut ignorantia, ſed mera inſipientia & deſperata impietas. Confidimus multos, qui hodie Euangelium perſequuntur, ignorantia peccare, ut Paulus peccauit, De quibusdam uero timemus, ne ſint Saules & phariſæi, qui utcuq; uideant ueritatem à nobis ſtare, tamen ſuæ ambitioni & cōmodo conſulentes perſequuntur Euangelium gloriæ magni dei. Pro illis oramus, Iſtos aut neceſſe

est iudicio dei perire, qui uero sint, deus nouit, Sententiam nō ignoramus, Qui peccauerit in spiritū sanctum &c. & in epl'a 1o. Est peccatū ad mortē, non dico ut &c. Tulit eum Saul.] Et infra, posuitq; eum Saul &c. ut scilicet per tantū uirū gloriosus ipse esset triumphis, quemadmodum supra cap. 17. dictum est, Quemcūq; uiderat Saul uirū fortem & aptū ad praelium sociabat sibi. Vbi uero uidit nō omnem gloriā ad se redire, inuidia contabuit, insaniuit, & occidere tentat eum in quo certo sciuit dominū inhabitare.

ALLEGORIA. Christū hodie exaltare uolunt hypocritae & pharisaicū regnum, & predicari eius gloriā, ut ipsi magni habeantur & saginentur, ubi diuersum uiderint, Christum cupiunt deiectū & occisum cum omnibus qui eius gloriā, quod sit dei iusticia, confitentur. Spiritus dei malus.] More fatidicorum prophetat, siue concionatur actus satana, sibi uidetur bene dicere, ceterū alij intelligunt errorem. Figura illorū qui pseudoprophetae dicuntur ubiq; in scripturis, qui prophetāt mendaciū fingentes ex corde suo, non habentes dei uerbū. i. fidem, utcūq; uideantur uerbū dei dicere, in extremo iudicio dicet, Domine, nōne in nomine tuo prophetauimus &c. Et satanas dicit. 3. Reg. 22. Egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Tales mendaces spiritus sequentes doctrinas demoniorum nō su-

stinent Dauidem psallentem. i. eum qui canit canticū
sue prædicat uerbū domini, sed perditū uolunt. & c.

Tribunum.] Ne haberet sub sua potestate totum
exercitū ut ante. Ecce filia.] Vt cunq; in speciem
optimi uiri uideantur hypocritæ, ut cūq; sibi boni ui-
deantur, & fingant sibi excusationes in peccatis, ut
cunq; dicant nobis, non licet interficere quenq; ne fia-
mus irregulares, non ingredimur in domum Pilati,
quia mundi sumus, & c. Tamen scriptura uocat eos
uiros sanguinū, & dolosos, & mendaces, & opera-
rios iniquitatis & c. Psal. 5. 57. 139. Esa. 59. & c. qua-
lem se hic prodit Saulis hypocrisis usq; ad finē cap.

CAPVT XIX.



Eraci Ionatæ oratione persuasus Saul,
iurat p deum se nō occisurū Dauidem,
& tamen odium ponere non potest, ut ui-
deas, quā homo nō habeat liberum ar-
bitrium. Aguntur alij spiritu maligno ut Saul, alij spi-
ritu dei ut pij, Ro. 8. Atq; id ut maxime quandoq; nō
uideamus, tamē data occasione sese prodit. Nam, ut
beatus uir uelut arbor bona dat fructū suum in tem-
pore suo, quemadmodū dicitur Psal. 1. Ita impius da-
ta occasione suæ incredulitatis edit fructus. Exemplū
hic habes Saulis, qui ne iuramentū quidem suū pensi
habens, quærit Dauidem ad mortem, postq; fortiter se

cerat, & uitam populi seruaret. Adeo cæca & impia est inuidia. Insignis est hæc figura illorum qui persequuntur Euangelium, id est regnum Christi ueri Davidis. Euidentibus & rationibus & scripturis & experientia nonnunquam superantur & animo uincuntur, ut ueritati fauere uideantur, aut certe putent non posse contradici, sed ubi rursum per Euangelium suam ambitionem, lucrum, iusticiam, & omnia quæ magnificiunt, uastari uident, satana acti insaniunt. &c. Saul sperabat Dauidem Philistæis obiectum interemptum iri, quemadmodum satanas dum Christum egit in crucem, sed crescit inde Dauidis gloria, unde interiturus putabatur, agente sic deo, qui in morte etiã suos seruat, & ad regnum ducit per crucem, uel inuito satana. Hic uides illam hypocrisim, de qua supra dixit apud se Saul, Non sit manus mea in eum, &c.

Et posuit animã suam in manũ suam. Id est se periculo mortis obiecit. Obserua orationem, ut scias quid sit in Psal. Anima mea in manibus meis semper. &c. Misit. Siue per Ionatã, siue per Michol, prouidentiam dei seruatis ubiq; uides erga Dauid. Queris, an liceat sic fallere hostem, siue factis siue uerbis, utrunq; enim hic uides? Respondeo. Lex usuras permittit accipere à gentibus, Deut. 23. & in fidijs licet adoriri aduersarios, etiam iubente deo, ut uides quandoq; in historia, ut liceat in hostes pietas

tis, quod aliās non licet. Exempla multa uides in scripturis, ubi sancti pro sua & aliorū salute decepti sunt impios, aliud dicētes quā res habet, ut & cap. sequenti uides. Nec scribit scriptura, qd' ego sciam, cōscientiam eos inde habuisse, imō uidentur de sua persona nō uoluisse tentare deum, cum possent se uerbis & simulatione defendere, & in alijs officium fecisse charitatis. Exemplorū quidem sat habemus, sed quia scriptura nō definit, nos ex factis legem statuere non debemus. Certū est illos sanctos illis simulationibus nihil mali in quenq̃ tentasse, sed iuuare uoluisse. Si qd' quandoq; inde mali accidebat, prāter spem erat, ut infra cap. 21. & 22. Excipio causam ubi iure gladij uti licet. Illic enim decipere licere sentiebant, ubi licebat per deū occidere, quemadmodū infra uides Achis decipi à Dauide cap. 27. & c. Honestius more scripturæ hæc uocaueris deceptiones quā mendacia, nā & deus decipere scribitur prophetas malos Eze. 14. qui tamen mentiri scribi nō potest. Ego certe negare, me scire illū qui quæritur ad mortē siue ad damnū & c. excepto casu, ubi malefactor quæritur iure gladij à magistratu. Porro titulus psal. 78. indicat Dauidem hāc liberationē deo ferre acceptā, nō studio Michol. Misit Saul lictores. Sapientiam, prudentiā & potentiam mundi hoc facto deus stultificauit, ut impij canerent, ad terrā prociderent, omni aq; facerent

que prophetæ, dum interim inter ipsos erant, oblitæ
negocij ob quod uenerant. Figura persecutorū Euan-
gelij, ut supra diximus, qui ubi audierint quæ uerissi-
ma sunt, uincuntur ad tempus, ut dicāt nobiscū, rece-
dentes sunt iidem qui fuerunt. Exemplū habes Io. 7.
de seruis qui dicunt. Nunquā sic homo locutus est. Ita
ueritatem impij quandoq; fatentur in sui maiore con-
demnationem iudicio dei, dum non cessant persequi
quod arguere non possunt, quemadmodū superiori
capite diximus. Vestimentis scilicet superioribus,
Vide annotationes D. Martini.

CAPVT XX.

Rursum hoc caput ob oculos nobis ponit
quid spiritus dei in Ionata, quid malus
spiritus in Saule agat, ille pietatem &
innocentem amat, defendit, hic odit &
persequitur. Vsq; adeo hoc odium furit, ut ne filio
quoque parcat Ionatæ. Nec mirum, cum & seuiat
& indignetur aduersus dei iudicium, quod deus cœ-
perit præferre Dauidem, ut manifeste uidimus cap.
18. qui affectus longe horrendissimus est in impiorū
cordibus, adeo occultus ut ipsum uidere nequeant.
Pij autem spiritu arguente statim sentiunt, & ueniā
precantur, agnoscetes sese nondū in omnibus sequi
dei uoluntatē, & dicentes, Fiat uoluntas tua. &c.

Quid feci?] Hæc satis indicat quid passus sit Dauid, & quam amaro animo fuerit, licet nō dubitauerit se habere deū protectorem. In ista infirmitate derelinquit deus sanctos, ut de Iacob quoq; legis trepidante nimium ad occursum Esau, ut in infirmitatibus suis discant agnoscere deī uirtutem, quemadmodum Paulus dicit. 2. Cor. 1. Atque hæc in nostri consolationem scripta sunt, cōtra illos qui sanctos nobis usq; adeo stupidos producunt, ut nunq̃ senserint quod patiebantur, Et caput nostrum dixit, Tristis est anima mea. &c. Vno gradu.] id est parum distat ut occidar, quod ad uoluntatem patris tui attinet.

Ecce Calendæ. An liceat sic fallere supra diximus, Dauid ita uult sibi seruire, et Ionatas ita ei seruit per charitatem, quæ omnia sperat, omnia sustinet &c. & nihil coram deo & in conscientia fit contra Saulem, sed potius pro Saule, ut desinat furere in sanguinem innocentem. Fœdus domini.] id est iuramentum per deum &c. Domine deus &c.] Iuramento & imprecatione mala obstringit filius regis se Dauidi de fide seruanda. Atq; per hæc magna charitate & animi compaſsione seruit fratri, quem uidet multa animi anxietate laborantem.

Et sit dñs tecum, sicut fuit cum patre meo. Scilicet quādo illū exaltauit in regnū. Quid hoc aliud est, nisi primū credere uoluntatem dei esse,

ut sit rex Dauid, & deinde cedere libenter suo iure, ubi hanc dei uoluntatem cognoscit, id quod est uere iustorum, contra quam uoluntatem Saul ex industria pugnat. Tres sagittas.] Signo uult agere cum Dauid, ne uel famulus conscius sit huius amicitiae & fœderis, In quo & infirmitas Ionatæ describitur, adeo impiū timentis patrem. Quid ergo putas alios fuisse, de quibus supra scriptum est quod dilexerint Dauid, cum talis sit qui etiam unā animā cum Dauid scribitur habere? Ista infirmitate humana curat deus, ut electi discant ex ipso solo pendere. &c.

Mūdus.] Secundū legis ritū forte nocturno somnio pollutus est, aut alia immūdicie legis. &c. et ob id recessit secundū legem ex ciuitate usq; ad uesperā. &c.

Filius Isai. Patris nomen non ipsius Dauidis nominat, qd' indignantis & despicientis uidetur fuisse. Sic infra cap. 22. dicit ad Achimelech, Audi fili Achitob. &c. Fili mulieris &c. Heb. Nequam & maligne.] Neq; filio p̄prio neq; pudicitiae parcat uxoris, sed omnia etiam sua uult perditum, ut expleat animū satana obsessum. Horrendū profecto exemplum impiorum, qui aguntur ad diaboli uoluntatē. 2. Tim. 2.

Omnibus diebus.] Vides quid Saulem urserit, sed istud Ionatas propter dei uoluntatē contemnit.

Adorauit tertio.] Quēadmodum Christus in hortu, id quod scriptura dicit, ut ostendat qua angustia

Capitulum 20. m.
ad 1. Tim. 2.
ad 2. Tim. 2.

fuert David, à qua deus tunc liberare noluit, tamen
 & fiducia in deū nō cadit, alioq̃ cur tertio adoraret?

CAPVT XXI.



ET uerbis & facto fingit aliud quàm res
 habet David in hoc capite. Alterū, quo
 calet consiliū sacerdoti, quem timuit for
 te nō subuenturū in necessitate propter
 regis timorem. Alterum, quo se liberet à periculo qđ
 timebat. Davidis infirmitas in utroq; describitur, aut
 certe noluit deū tentare exponendo se mortī ubi non
 erat neceſse, Infirmitatem tamē manifeste nobis scri
 ptura describit. Alterum autē quàm male ceſerit sa
 cerdotibus & toti ciuitati sequenti cap. uidebimus.

Achimelech. Supra cap. 14. dicitur Achias filius
 Achitob, quemadmodū & sequenti capite dicitur fi
 lius Achitob, id quod moneo, ut scias istam progeniē
 esse ex Heli, quēadmodū legis. 14. c. propter ea quæ
 dicemus cap. sequenti. Solus & nullus tecum scili
 cet ex aulicis uiris, tantū uenis cū aliquot seruis, Nam
 infra inueniunt puerū, qui cum Dauide uenerant.

Condixi] Cōmisi negocia ad diuersa loca, scilicet
 cet ne iam omnes apud me sint. Non habeo panes
 laicos.] Heb. lingua cōmunes dicit, id est, quibus li
 cebat uesci omnibus, sed tantum panem sanctū. i. quo
 secundū legem nō liceat uesci nisi sacerdotibus.

A mulieribus. Mundicies legis erat pertinēs ad sanctificationem illam externam, ne impediretur desyderium in deum. Ideoq; iubet dominus legem daturus Exo. 19. ne appropinquent uxoribus. & Paulus bonum iudicat ad tempus à congressu coniuges abstinere ut uacent orationi, non tamen sine mutuo consensu & c. Dicit ergo uasa, id est corpora seruorum ab uxoribus sancta siue munda. Verū ait in uia nonnihil immundicie contraximus, uidelicet uel nocturna pollutione, uel alio secundum legem immundo contactu, sed hoc ipsum die transeunte transibit. Nam lex dicit de uulgaribus & penē quotidianis immundicijs, immundus erit usque ad uesperam & c. Quare nihil hic est piculi, si nihil aliud obstat quā immundicies externa illa. Sic Paulus quoque nomine uasis utitur. 1. Tēs. 4. Hęc est uoluntas dei, sanctificatio uestra, ut sciat unusquisq; uas suū possidere & c. Vas enim more hebræo pro omni instrumento ponitur, ut Eze. 9. Vniuscuiusq; uas interfectionis in manu eius. Et corpora nostra sunt instrumenta nostra, quibus agimus. Et sancti dicuntur instrumenta dei, per quos ipse suo spiritu agit, quemadmodum Christus Paulum nominat uas sibi electum, Actuum. 9.

Insignis est hic locus interprete Christo, Mat. 12. & Mar. 2. quem Moyses iubet audiri, Deuteron. 18. Sentit hic sacerdos & Dauid, licet adhuc sub umbra

Gr. 12

legalis mundicie, id quod Paulus dicit Tit. 1. Omnia munda mundis. &c. & 1. Tim. 4. Omnis creatura dei bona est. &c. & 1. Cor. 3. Omnia uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue presentia, siue futura, Omnia enim uestra sunt, uos autem Christi, Christus autem dei. & psal. 8. Omnia subiecisti &c. & alibi, Domini est terra &c.

Si ergo licuit Dauidi ista uti libertate credentium, nondum reuelata Euangelica luce, quando interim etiam lex dei ista prohibebat, quid nos decretis & elementis mundi torquemur, quando reuelatum est regnum dei non esse de hoc mundo, Col. 2. Neceſſitas & charitas dispensat de lege diuina, sicut interpretatur Christus, & nos truncis stupidiores, legibus humanis & doctrinis demoniorum nos sinimus alligari.

Erat aut.] Hoc additur propter historiam cap. sequentem.

Si habes.] Arma requirit qui sub protectione dei est, sicut & ante requirebat panem, ne uideatur tentare deum, non tamen sperat in armis. ALLEGORIA. Gladio post pugnat quem abstulit à Philistæo, sicut & nos hodie scriptura pugnamus, quam sibi ante uentibus cauerant impiæ gentes, scribæ, & pharisæi, qui suis uiribus confidebant in regno satanæ, secundum doctrinas demoniorum. Abstulimus gladium per deum Israel, & interficitur antichristi regnum spiritu oris Christi, id est sancto Euangelio. &c.

Ad Achis.] Ionatas diligit Dauid ut animā suam,
 & omnis Israēl diligit Dauid, & tamē ita deseritur
 ſeuiente Saule, ut magis tutū ſibi putet fugere ad ad-
 uerſarios, quā manere inter amicos. Quī enim po-
 tuerunt magis odiſſe Dauidem quā Gethai, quorū
 unus fuerat Goliath? ut uel hinc uideas qua neceſſi-
 tate actus ſit Dauid. Nihil leue deſcribitur in omni
 Dauidis perſecutione. Tutior eſt (ut in hiſtoria ſequē-
 ti uidebis) inter gentes, quarum inimicus erat, quā
 inter Israēlitas, quos dominus ſæpe ſeruauerat per
 ipſum. De ſimulatione ſupra diximus. Verū ſtultitia
 noſtra eſt dum diſputamus de talibus factis, an pecca-
 rint in hiſ ſancti, nec ne? Sancti incidunt ubi opus eſt
 in iſta conſilia, non quærūt, nec poſtea ducunt imitan-
 da, Neq; nos debemus inde leges facere. Hoc incidit
 Dauidi, incidet tibi aliud per deum, ſi ita ei uiſum ſu-
 erit, quemadmodū hodie quibuſdam dat occaſionem
 euadendi ex carceribus, ex manibus hoſtium ſine ullo
 detrimento ſalutis aut ſcandalo Euangelij, ob quod
 perſecutionem ſuſtinent. Certe Dauid liberationem
 iſtam non tribuit ſimulationi, ſed deo, qui conſilium
 ſimulandi ei dederit quo eum liberaret, id quod in
 Hebræo ſatis declarat titulus pſal. 33. ubi uidere li-
 cet, quā ex hac hiſtoria doctus conſidendum doceat
 deo in omni neceſſitate & uentris & mentis.

ALLEGORIA. Chriſtus & Chriſtiani corā primis

cipe mundi & sapientia carnis uidentur insanire & digni qui contemnantur & abiciantur, Esa. 53. Nihil enim uidetur nisi formæ crucis & stulticiæ, & ferre fit ut ipsi fideles nihil uideant nonnunquam, nisi suum peccatum, quemadmodum Christus quando nostrum portauit. Verum interim cæcus satan & stulta mundi sapientia suos uictores non agnoscit. &c.

CAPVT XXII.



Hoc caput indicat totam Davidis progeniem non esse tutam in regno Saulis propter Dauidem, & propter eundem occidi sacerdotes domini. Qui potuisset apertius describi ista tyranni insania? Neque dei neque hominum hic habetur respectus, ubi seruitur animi infidelis morbo, qui affectus est in omnibus qui querunt sua, ut maxime sese non prodant ad tempus, sed in speciem optimi uiri uideantur. Simul omnes interisse uolunt quotquot resistunt. Nam utcumque atrocia ista iudicentur, tamen speciem boni regis Saul defendere conabatur, id quod & eius oratio indicat, Dauidem enim persequitur, & quotquot ei fauent, ut eos qui in regem conspirauerant & coniurati erant. Ita mentitur iniquitas sibi, Psal. 26. Ita iustus & iusticiæ confessor non solum persecutionem sustinet & odium, sed etiam quotquot ei bene uolunt, secundum illud. Si de mun-

do fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. &c.

Speluncam.] infra uocat praesidium.

Quod cum audissent.] Augetur Davidis angustia & necessitas, dum & suis est mali occasio, sed rursus consolatio eius est quod nemo ex eis non agnoscit Davidis innocentiam. Ita temptat hic omnia deus, & facit in tentatione puentum, ut possimus sustinere. 1. Cor. 10. Huc pertinet quoque quod augetur Davidi exercitus ex illis qui in angustia erant. Ita fit non casu, sed dei providentia nobis occulta, ut aliorum miseria (ut hic David) sit alijs consolationi, imo dum simul adflicti coguntur simul sibi sint adiumento per deum. Sic dum hodie eijcit alicunde bonos praedicatores & exules, facit ut alibi conscientijs adflictis cum gaudio medeantur. Sic eijcit Ioseph ut in Aegypto per eum toti progeniei consulat. ALLEGORIA. Christus est adflictis conscientijs pater, id est, publicanis & peccatoribus sese agnoscantibus, qui in scripturis pauperes dicuntur & unici, id est derelicti &c. Praeterea nota hoc loco impium regnum Saulis, qui sanguinem sitit innocentium, dum suae cupiditati obsequitur, ut hodie mundi principes, & non consulit, imo sinit opprimi qui in angustia sunt & amaro animo, & premuntur aere alieno, alioqui, cur fugeret ad David? Et profectus.] Supra diximus de fuga Davidis ad gentes, cuius allegoriam forte aptiori loco tractabimus.

Dixitq; Gad.] Propheta nescio quo cōsilio iubet Dauidē redire in terrā Iuda, quo facto amplius irritatur Saul, & pereūt sacerdotes cū omnibus. Aduerte igitur admirabile dei consilium. Contra domū Heli locutus erat dominus supra cap. ij. id quod hic per Saulem impletur grauiſſimo certe peccato, dum non solum regem à deo unctū quærit ad mortem, sed etiā propter eum ne sacerdotio quidē à deo ordinato & instituto parcit, sed ut istud fiat occasionem dat Achimelech pietatis siue charitatis ope, Maxime uero sanctus ipse Dauid qui sacerdotem decepat. Vnde nunc ait, Ego sum reus omnium animarum patris tui. Non tamen hoc uoluit Dauid. Itaq; ut iudicia sua deus cōpleat, etiam sancti sæpe, dum nequaquam hoc uolūt, cooperantur, ut non mireris, si, qui perire debuerūt, abiecta Euangelica luce per errores etiam sanctorū seducti sint, aut certe per opera quæ in sanctis nō fuerunt omnino mala. Nam futurum erat ut seduceretur mundus Antichristiana doctrina, quæ eam speciem habitura erat, ut etiam (si fieri posset) seduceret electos, nimirum etiam errantibus ad tempus sanctis, quos errare facit dominus, non perire, ut pereāt qui dilectionem ueritatis non susceperunt. 2. Tess. 2. Sicut hic posterī Heli debebant perire, sed ad hoc oportuit Dauidem sanctum occasionem dare, qui tamē nihil magis abhorrebat quā hoc scelus, quemadmodum infra legis, quod

gis, q. ne in sceleratum quidē regem & aduersarium
data occasione audet mittere manum, propterea q. sit
Christus domini &c. quando quæso tot Christorū &
innocentiū curaret mortē? sed, ut diximus, iudicia dei
sunt talia, quæ agnoscetes ex uoluntate dei fieri pa=
tioribus sumus animis si quid per nos nihil tale uo=
lentes designatum fuerit, quemadmodū est illud, q. bo=
na conscientia decepimus ante populū missis, prædi=
catione, honesta uita &c.

Iemini] Id est de stirpe & tribu mea. Qui tam
sapienter orat secundū prudentiam & eloquentiam
seculi, quādo caro iudicaret agi à Satana? & præter=
ea uidēs quāta astutia colorē bonū nitatur obducere
cordi pessimo. Dauid hic ita insidiatur est sicut Chri=
stus cum suis seductor mūdi & perturbator &c.

Doëg] Iste impius Idumæus gratiā domini am=
biens & sua querens fit proditor innocentie, figura
omnium qui suæ ambitioni & cōmodo consulentes,
conculcare adiuant dei ueritatem & eius professo=
res, ut indicat titulus psalmi. 51. Vbi increpatur impi=
us, ut erat Saul, q. dilexerit talia & sperauerit in con=
silijs suis & rebus. Iustus autem ut erat Dauid, dicit,
Ego autē sicut oliua &c.

Num hodie. Quid mirum si consuluerim pro
eo dominum, cū id antea solitus sim, certe non contra
te, sed pro eo qui regni tui negocia gerebat. Insidia=

R

torem regis ignoravi Dauidem. Interim impium cor
regis uides qui etiam non uult inuocari pro Dauid
dominum &c. **Morte.**

Sententia impia est nunc, quæ tamen exequitur sen-
tentiam domini rectam supra latam cap. 2. Sic impij
sunt ministri dei dum etiam non deo, sed Satane ser-
uiunt. Notus est locus Esa. 10. V. e Assur &c.

Sacerdotes domini subinde hic uocat scriptura, ut
atrocius scelus depingat & magis impium Saulis ani-
mum ei q; obsecundantis Idumæi Doëch.

Noluerunt,

Scilicet ueriti deum, ut cūq; adeo adhuc infirmi ut non
defenderent innocentiam & pietatem.

Ephod.] Ne species quidem sacerdotalis habitus,
qui signū erat cōsecrationis diuine, deterruit à scelere.

Nobe.] Horrendo exemplo alijs ciuitatibus com-
minari uidetur, ne faueant Dauidi.

De Abiathar diximus cap. 2.

CAPVT XXIII.



Stud scilicet fuit dei consiliū quare uolua-
erit Dauidē reuerti in terrā Iuda, nempe
ut Ceila urbs Iuda liberaretur, et fortiter
agret per deū Dauid pro suo regno contra Philistæ-
os, sed ista uictoria statim cruce premitur, dū Saul sibi
datā etiā à deo opportunitatē occidendi Dauidē ara-

bitratur, & deus traditores fore prædicit Ceilitas qui
seruati fuerāt Dauidis beneficio. Deinde et à Ziphæis
exēplo forte Nobeanorū territis, proditus, obsidetur
à rege, sed statim ubi oīa desperata Dauidi uidebātur,
in fusus regno Philistæorū exercitus liberat eū obsidi-
one, ut uel ex hoc ca. uideas admirabilem erga Dau-
dem dei prouidentia & misericordia, deus in despera-
tionē adigit, ut oībus desperatis ostendat q̄ sint ipsi cu-
re electi. Nihil non sit ne iste Dauid regnet, qui tamen
rex est per deū uel inuitis portis inferorū, quemadmo-
dū quid à Satana & mūdi potētia, sapiētia et iustitia,
nō tentatur cōtra Christū & Christi regnū? & tamen
manere oportet in eternū & perire aduersarios quē
regnare uidētur. Hic uides quod scribitur Prouer. 21.
non esse sapiētiā, nō esse prudentiā, nō esse consiliū
aduersus dñm, ut discas nullo confidere præter dñm
nihil timere præter dñm, ppter ea enī ista scripta sūt.

Ecc̃ Philistijm.] Hic rursum declaratur uel Cei-
lanis, quis sit uerus rex & pastor in illo populo.

Consul.] Vult certificari de dei uolūtate & adiu-
torio, ne uideatur tentare deū, nā res est supra uires.

Porro.] Hoc interseritur, ne miretur lector unde
fuerit i exercitu Dauidis Ephod sacerdotale, qđ in ta-
bernaculo domini cōsueuerat seruari. Nō neglexit Da-
uid cū haberet sacerdotē & Ephod mādāta de Iosue
Moisi data, Nu. 27. Pro hoc si quid agēdū &c. Si talis

*Confidit solus
in temporis
sublimi
affectu, de lra
de farr: de nō*

nō habuisset, usus fuisset sua libertate. Cor fidele nullis externis alligatum est, nisi deus iubeat. Aduerte q̄ deo mirabiliter disponēte, & dei sacerdotiū & dei regnū cū Dauid est, cū Saule nihil nisi species et hypocrisis.

Tradidit eum dominus:

Ita iam iudicat impietas quasi dominus ab ipsa stet, sed contra dicitur infra. Et non tradidit eum dominus in manus eius. Vnde in psal. 49. Existimasti inique q̄ ero tui similis &c.

Domine deus.

Dauid ubiq; à consilijs habet deum, ergo perire nō potest, per Ephod autē in sacerdote interrogat dominū, ut hic agnoscat deus quod instituerat & mandauerat, ut supra dictum, alioqui sine dei uerbo ista fuissent uerba.

Tradent.] Quis hanc reuelationem dei non uidet intelligendam cū conditione, scilicet, Nisi fugeris. Sicut in Iona post quadraginta dies Ninive subuertetur, scilicet nisi poenitentia egerit. Hic uides Dauidi non fuisse tutum ne apud illos quidam quos seruauerat, ut discamus non cōfidere in hominibus quibuscūq; Hierē. 17. Non uoluit istam fiduciam deus esse in Dauid. Ecce nunc habes urbem militatam, ciues tibi obnoxios, totum Israël fauentem, quia auertisti Philistaeos, non poterit iam rex nocere, aut nō permittetur &c. sed uoluit deus eum omnino de omnibus desperare & destitutū armis obijcere, ut in se solo speraret.

Ionathas. Dum fidem seruat & renouat sacramentū Ionathas cum Dauide, spiritu dei tactus prophetat & confortat Dauide. Ad hoc tamen non peruenit Ionathas ut esset ipse secundus, uerū iuramentū non solum Ionathan & Dauidem respicit, sed etiam posteros, ut dictum cap. 20. Porro grauissime damnat patrē coram deo dū dicit. Sed & Saul pater meus scit hoc. Non enim potuit nunc latere amplius Saulē, q̄ in Bethleem unxisset dominus per Samuelē ipsum Dauidem, & supra dictū est, q̄ Saul nouit à se dominum recessisse & esse cum Dauide. Hæc non potest tacere scriptura, ut ostendat istam hypocrisim contra conscientiam pugnare contra deum, dum uult coram hominibus uideri pugnare cōtra insidiatorem regis & regni perturbatorem, quemadmodū nunc perturbationem omnium rerum prætexunt qui Euangelium opprimere uolunt.

Ziphei. Ex hac historia in qua nihil omittitur, quod ad sapientiā & uires humanas attinet, cōtra Dauide, docet David in psal. 53. quid sperandū sit credenti, ubi inciderit in talē mortem & inferos, nam illic ex hac historia proditionis Siphæorum titulus est, Vnde & ait in persona Christi, Psal. 17. Circūdederunt me dolores mortis & pericula inferni inuenerunt me &c.

Benedicti. Ita persuadere nititur sanguinaria hypocrisis, pro deo facere & obsequium deo quot

quot impietati consentiunt cōtra ea quæ dei sunt. Cæci sunt, inquit Christus, & duces cæcorum. Et ita quasi sub honore dei nomen dei blasphematur &c.

Porro.] Heb. Dum David properabat Saulem fugere, Saul & utriusque in modum cornu &c. Hic nihil aliud uidebatur quā mors. Sed ita deducit dominus ad inferos & reducit. Petra ista tutissimum præsidium uidebatur, sicut supra de spelunca dictū, unde illi loco nomen Petra erat, qui postea ex hac dei liberatione nomen habuit Petra diuidens, uel petra diuisionis, q̄ illic diuiserat deus Saulem à Davide &c.

CAPVT XXIIII.

IAm ubi nihil omittit Saul & certo se sperat comprehensurū Dauidem, traditur à deo in manus Dauidis, & uel mutus cogitur etiā cum lachrymis fateri dei manum & Dauidis innocentiam, suāq; iniquitatem in utrunq; . Ideoq; ut solet statim iurat Dauidi fidem, quā more suo seruat, ut infra uides ca. 26. Subito enim stupore correptus, ubi audiuit se in manu fuisse Dauidis, quem sciebat regnaturum post se, flet, fatetur, iurat, sed poenitentia hypocratica fuisse res declarat, de qua supra quādoq; diximus.

Ecce dies.] Ista reuelatio domini alibi nō legitur. Præscidit. Admirantur prudentes mundi qui ista

fieri potuerint, nempe ut rex in comitatus in speluncam abiret, ut non sentiret obrepentem Dauidem & præterea partem uestis abscindentem, ut postea cognitum Dauidem non opprimeret, aut saltē ut in gratiam receptum diutius exulem esse permetteret. Non dum omnem prudentiam carnis peruiderūt qui per hæc diuina miracula cleuant. Quos quæso comites desideraret uentrem exoneraturus, ubi spelunca erat & nihil periculi timebatur, omnibus seruis ad os speluncæ obseruantibus? Quid sentiret rex unum Dauidem latenter obrepentem & præscidentem uestis particulā, dum interim ante speluncam & supra & circūquaq; strepit trium milium equitum armatus exercitus? Quid si Saul etiam superiorem uestem interim, ut fit, abiecerit longius à se, ut facilius fieri potuisset præcisio à Dauide? id quod tamen non indigemus ut asseramus. Nec mirum si tunc non oppresserit Dauidem, qui cum toto suo exercitu in stuporem subitū uersus erat, q̃ in morte iam præsentanea fuerat, se nesciente, & agnoscebat Dauidem longe se iustorem, ut uides in textu historie. Qui uero admiratur q̃ diutius exulem Dauidem permiserit, miretur & reliqua quæ de Saule scribuntur. Ecce respondimus sapientiæ carnis. Ceterum stultum est querere, ut hæc potuerint fieri, cum in historia & serui Dauidis & ipse Saul fateantur hanc esse dei manū, an hic ma-

ius testimonium requirendū erat quā uel ex ore ipsius
aduersarij? Percussit cor.

Conscientiam facti significat in Dauide. Id quod scri-
ptura scribit, ut indicet timorē dei in Dauide, qui etiā
ubi potuisset, noluit contra id agere quod dei ordina-
tione institutum erat, Ro. 13. Vnde iudicium commisit
deo &c. Sic sensit, Deus Saulem abiicit, peribit ergo
ubi deus uoluerit &c.

Ab impijs,

Simile Christus, Non potest arbor mala &c.

Manus ergo, scilicet ne uindicādo fiam & ego
impius. Inturiam pati nō est impiū, uindicādo autē fie-
ri potes impius. Scriptura deo iubet uindictā seruari.

Iustior. His oībus & uerbis & iuramento Saul
suo ore se amplius condemnat, & horrēdo exemplo
nobis ista impietas, quæ pœnitētiā agere uidetur ut
Pharao plagatus, proponitur &c.

CAPVT XXV.



Miraris q, Samueli Saul non manifeste intē-
tarit malū, de quo ipse Samuel dixit, Au-
diet rex & interficiet me. Sed uidetur ti-
muisse populū, apud quem uenerandus propheta ha-
bitus fuerat uel à puero & deinde sanctus iudex in
Israēl, quin & quanti fecerit uel timore rex Samuele,
supra declarat historia ca. 15. & infra. 28. ubi in angu-

stia cupit sibi eū suscitari à morte. Iccirco ne huic quidem luctui uidetur defuisse rex uel in speciem. Post mortem uero Samuelis, quā speciem sanctitatis prae se tulerit, forte ne populus ab eo deficeret ut manifeste impio ad Dauidē, qui iā exul iactabatur, ca. 28. declarat, abstulit enim magos &c. id qd' suo loco dicemus. Hic moritur ultimus iudex in Israël instituto regno.

In hac historia Dauidis contra Nabal, primū liceret dicere, q̄ in impium & blasphemum potuerit uti Dauid iure gladij, maxime cum & ex Iuda fuerit Nabal, quia ex progente Caleb optimi uiri, erat enim rex à deo ordinatus. Sed dum sic excusamus factum Dauidis, incidimus in periculum, loquentes manifeste contra scripturam, quae ait Dauidem uindictam quae fuisse humano zelo, & in hoc bonā conscientiam habuisse, q̄ impius ille mori & occidi ab ipso debuerit, atq; iccirco iurasse contra Nabal per deum Israël. Vide uerba Abigail, uide & uerba Dauidis gratias agentis deo, q̄ sit seruatus ab effusione sanguinis, & ita esse luce clariū uidebis. Vindictam ergo iniuriae sibi illatae quae fuit Dauid, id quod prohibet scriptura, & humanum quid accidit ei quod certe erat peccatum, non hic consulit dominū, ut solet, sed omnino rem iustissimam arbitrat, quā deus uelit, Nihil enim magis imponit etiā sanctis quā hic affectus, dum ad nostram bonā intentionem, ut uocant, nos componimus, non ad dei uerbū

uel uoluntatem. Hic nanq; adeo certus est Dauid in
caussa quasi iusta, ut etiam iuramento confirmet sese
rem confecturum, & occisurum impium & blasphemum,
quasi non contra dei legem, sed secundum legem
& iure. Conscientia certe erat bona, sed utrumq; opti-
ma sit impia est dum uerbo dei non regitur, quando
quidem & Paulus dicit, se conuersatum coram deo in
bona conscientia etiam à progenitoribus. 2. Timot. 1.
qui tamē erat blasphemus & persecutor ecclesie. 1. Ti-
mot. 1. Iccirco postea gratias agit deo, q̄ per Abigail
auersus sit ab instituto.

Samuel
Votum *Saulis*
Iuramentis
Habes in hoc primo libro tria uota siue iuramenta,
quorum primū, scilicet Hannæ, solū est pium, ubi om-
nia committuntur manibus dei, & liberrimū uotum est
de re etiā libera &c. quæ illic diximus. Alterū Saulis,
temerarium quidē sed quod specie habeat religionis,
de non edendo anteq̄ conficiatur exercitus aduersa-
riorū. Alia quæ subinde iurat de seruādo Dauidē ma-
nifestiorem habent hypocrisim. Et ubiq; contemnit se
accepisse nomen dei sui in uanū & iurasse, id quod est
propriū impiorū. Tertiū hic Dauidis, & ipsum te-
merarium, sed tamen bona conscientia factum, quasi
summo iure. Hic non contēnit sed gratias agit subinde
deo Israël, q̄ deus nō permiserit hoc iuramentum im-
pleri, tantū absuit ut doleret se fieri periurum. In tali-
bus prestat nos fieri periuros & mēdaces, quā agere

— — — — —
votum pium

quod deo displiceat ut ueraces, id est, impij inueniamur.
 Cur non idem facimus in nostris iuramentis, agentes
 gratias deo et ueniam precantes de temeritate, postquam
 reuelatus est nobis nostrae temeritatis error, utcumque
 bona conscientia, sed quam non approbavit deus suo
 uerbo, iurauerimus et uouerimus? cum interim nostra
 iuramenta ad maiorem uergant impietatem quam si
 impius Nabal fuisset occisus, qui occidi dignus erat. Si
 quicquid temere iuratur seruandum est, cur non accu-
 satur Dauid, quod iuramentum non praestiterit? aut cur
 non laudatur Herodes, quod Ioannem occiderit? Scilicet
 tuum iuramentum tanti est, ut liceat quasi sancte con-
 tra dei uerbum, quo omnia subsistunt, et agere et uiue-
 re? Per haec non uolumus uiolari quae ad pacem, ad
 foedera licita, ad charitatem pertinent, qualia erant
 iuramenta Ionathae, nam talia alioqui iam lex man-
 dat sine iuramento etc. Dixi et quaedam in Deutero.

Pharan] in Arabia est uicina Iudaeae etc.

Carmelus] iste est in Galilea.

Magnus nimis. Prouerb. 17. Quid prodest
 stulto habere diuitias cum sapientiam emere non pos-
 sit? Habes hic exemplum, quod pessime consultum est re-
 bus omnibus, ubi potentia et diuitiae inciderint in ho-
 minem stultum, id est, qui uerbo dei non sit sapiens.
 Quanta uero cruce putas hanc sapientem et timentem
 deum mulierem portasse, tanta impietati sociatam,

iuramentum

peruen

ad

fortem litem

cui conuenit quicquid ubiq; legis in scripturis de muliere bona? Sed regnam post facit deus & uxore sanctissimi Davidis, Sic enim solet electos deus ducere ad inferos & reducere, & impium seruare in diem malum. Præterea hypocritæ præ cæteris se amari à deo autumant, dum melioribus donis dei insignes sunt, potentia, diuitijs, eloquentia, sapientia mundi, legis doctrina, iustitia carnali, robore corporis, forma &c. quibus hoc exemplum obijcimus Nabalis magni, diuitis, & donati optima uxore, qua nihil melius datur à deo quod ad hanc uitam attineat &c.

Homines isti boni.

Vides iustitiam Davidis, qui cum etiam indigeret cum sexcentis uiris, abstinuit à rebus fratrum, & ab eo quod non licebat extra necessitatem constitutis, ut hic etiã mali species abesset. Viuebat tamen cū suis proculdubio ex rapina, quã gentibus auferebat, Hoc enim ei licuit per deum, licet enim spoliare quem licet occidere, domino iubente & in manus tradente &c. Quod exemplum neminem licet imitari, nisi dominus similiter iubeat, ne dū exempla sequi uolumus sanctorum agamus contra dei præceptum.

Nabal] id est, stultus.

Fiant sicut Nabal, id est, in insipientiam uertantur & reprobam mentem, ut pereant iudicio dei suo tempore, quemadmodū Nabal periturus est, non

enim poterit deus eius impietate & blasphemiam diu
ferre, etiam si tu Dauid non occidas eum, non possum
meliora de eo sperare, qui sepe admonitus à me non
potest aliud quàm blasphemare. Hic uide tamen, q̄ ne
in impium maritum quidem officio bonæ uxoris oblī
ta est, cōmittens ultionem deo quem nō dubitabat se
liberaturum suo tempore &c.

Aufer. In se transfert peccatum uiri, ut non tan
Nabali quàm sibi donetur peccatū. Quid potuit elegan
tius & maiori eloquentia dici à sapientibus mūdi ex
temporaria oratione in hac causa? quis non uidet hāc
fœminā uerbo & timore dei fuisse instructissimā?
Faciēs &c.] Id est, dominus cōfirmabit tibi regnū.

Et praelia.] Id est, dominus confortat te ut pugnes
pro populo suo, noli hoc dono abuti in priuatum com
modū, ut tuo affectu ulciscaris iniuriam tibi factam.

Erit &c.] Bene precantis est. Sit anima tua ser
uata à deo in fasciculo, id est, numero uiuentium, Hoc
est tua uita custodiatur à deo integra inter uiuos, uita
autem aduersariorum uertigine & rotatu iudicij dei
intereat, ut nesciant quo se uertant &c.

Innoxium.] Sine caussa, debuit transferri, id est
non propter rempublicam.

Et cum.] Bene precando Dauidi etiā pro se orat,
non dubitans manū dei uenturam super Nabal.

Et ecce.] Securitas dei contemptorum describitur

tur, in quibus nullus dei timor. Contra, Christianis dicitur, Attendite ne corda uerstra grauentur crapula & ebrietate, ne repēte ueniat super uos dies illa, quæ certe dies imminabat hic Nabali dum nihil minus cogitabat.

Et mortuum.

Sic obstupuit ubi audiuit mortem sibi fuisse uicinam, ut Saul supra ubi audiuit se fuisse in manu Dauidis. Hic reuelata lege & iudicio dei non potest non perire Nabal, ut Cain & Iudas.

Misit.] Plures uxores habere nō fuit contra deū, sed abijcere præter causam fornicationis.

Saul autem &c.

Et ad deum & ad homines ubiq; infidelitas Saulis describitur. Iam & contra legem & contra pacta alteri dat uxorem Dauidis dilectam. Promiserat rex filiam occisori Goliath, deinde adnumeranti ducenta præputia Philistinorum, & tantis promissis traditam, tanto periculo emptam charissimam uxorem tradit contra deum & homines alteri. Quia uero Dauid sciebat uiolentiam uxori factam, ideo post eam repetit. 2. Regum. 3. Adultera enim non erat quæ patris uiolentia alteri tradita erat. In hac historia Dauid est figura illorum qui in regno Christi gladio sentiunt uindictam blasphemiam in Euangelium, id est in eum qui unctus est à deo rex Christus, sed error est. Abigail autē illorum, qui tyrannidē sentiunt ferendam, & committit

tendum negocium deo, ut interficiatur Antichristi regnū spiritu oris Christi & aboleatur illustratione aduentus eius, ut liberata à tyrannide traditionū humanarum concedat Abigail in thorum Christi &c.

CATVT XXVI.



Iphael iterum proditores scribuntur, gratificari uolentes regi, homines impij, quē admodū omnes qui non sentiunt id quod Petrus dicit, Obedire oportet magis deo quā hominibus. Atq; hic saul agit quod semper, nisi q nunc maiori impietate, postquā coram Dauid peccatum agnouerat & iurauerat &c supra ca. 24. Quin & Dauid non recedit ab innocentia sua, nolens occidere regē, donec dominus occidat eum, uindictam deo committit uel doctus ex historia precedentis capitis quā noxiū sit affectus nostros sequi. Et planē hic idem agitur quod cap. 24. prater hoc q hic Dauid exercitata hactenus fide fortior animo factus sua sponte cum socio descendit in castra Saulis. Tam sepe enim seruatus certo scit se curā esse deo, & non posse Saulis impietate perire, id quod exercitata tentationibus fides in nobis efficere solet. Prouehit enim deus ex fide in fidem, donec crescamus in uirum perfectū &c. Porro ne & in hac historia sapientia carnis habeat quod cauletur, spiritus curauit ita addi, Quia sopor à deo

mino irruerat super eos, ut miraculum agnoscamus
dei curam agentis pro Dauide, summa fiducia hic se
deo committente. **Viuit dominus.**

Hec uerba omnia supra ca. 24. latinis temere ex hoc
loco sunt inserta. **Sacrificium.** ut signo mani

festo ostendat dominus iniustitiam meam, sicut uisa est
iniustitia in sacrificio Cain. **Vade &c.** id est, qui
cogunt me recedere à terra patribus pmissa & nobis
data, in qua est ueri dei cultus, ad gentes idololatrias,
ut his similis fiam, aut saltem periculum sit populo qui
mecum est ne discat ex gentibus malum relictà lege dei,
Maledicti & hodie qui uolunt nos cogere ex heredita
te domini, à fiducia in deum in fiduciam alienam &c.

Et nunc non. Sic intelligo. Qui me deferunt ad
regem hoc agunt ut non moriar in terra, quae est heredi
tas domini, sed cogar fugere ad gentes, quae sen
tentiam uidentur sequentia requirere, maxime quod Saul
dicit, Reuertere &c.

Dominus retribuet.

Hec sententia interpretatur omnes illas quae de retri
butione loquuntur operum. Iustus iusta facit & merce
dem iustitiae accipit, iniustus iniusta facit & mercedem
iniustitiae accipit, Ex misericordia dei iusti sumus, iusta
facimus, non ex nostris uiribus, aut arbitrio, & merce
dem accipimus ex eadem misericordia & promissio
ne dei, non nostro merito,

Et quidē

Et quidē, Id est, dominus est tecū, efficies quod dominus uult & regnabis nullo prohibente &c.

CAPVT XXVII.

Hoc scilicet est quod supra diximus ca. 22. & in eam angustiam deductus est Dauid ut melius sibi fore sentiret inter inimicas gentes quā inter suos. Et ad eū fugit qui prae ceteris erat Israēli inimicus, nempe ad regem Achis in Geth palestinorū, ubi accepit ciuitatem Ziceleg à rege ad inhabitandū principis more. Sed cur ad eum fugit coram quo antea timens furere se simulauerat? Respondeo, iam ubiq; innotuerat eū principem qui Goliath confecerat, à rege Israēl quæri ad mortem, iccirco hic nihil insidiarū timebatur, sed tantus uir ut Philistinorū regno commodus suscipiebatur, qui præterea multa mala in Saulem facturus sperabatur &c.

Quatuor mensium,

Scilicet antequā fiebant quæ sequuntur, alioqui infra ca. 29. ex Heb. dicit Achis Dauidem apud se fuisse diē & annum, id est, multo tempore.

De Sur Gen. 16. Desertū ciuitatis uel loci Sur extenditur usq; ad mare rubrum. Non fuerūt isti ex populo regis Geth, neq; ad Philistym attinebant, ne iura hospitis uideatur Dauid uiolasse, quos occidere & spoliare potuit Dauid secundū uerbum dei, quod Iudæi

de illis occidendis habebant. In quem
 Davidis uerba uera erant, sed tamen per hæc fallebat
 regem, qui ex his intellexit Dauidem mala intulisse
 Iudæis, ut inimicis, quod rex maxime cupiebat, cum
 tamen David potius egisset contra gentes, id quod li-
 cet erat sine damno regis, tamen sciens non tulisset. Fal-
 lit ergo regem sine damno regis, in sui defensionem et
 suorum, dum facit illa quæ per deum facere licet. De
 hac fraude supra diximus, ne quis inde fallendi regu-
 las componat. Est enim sapientia carnis in hypocrisi
 callida, ut legem faciat ex operibus sanctorum quasi in
 nullo potuerint peccare sancti. Verbum dei sequi debe-
 mus non opera sanctorum, nisi etiam imitandum ducas
 adulterium et homicidium Davidis.

Ceni et Ieramel, uide infra ca. 30.

CAPVT XXVIII.

Confessio regis Philistijm erga Dauidem, ut in
 precedenti, ita et in hoc et sequenti capi-
 te describitur, nimirum ita curate deo pro
 suo Dauide. David autem hoc minus igno-
 rans omnia committit deo, dum non licet sibi agere
 contra Israël neminemque contra fidem hospitij facere. Li-
 cet enim præceptum haberent filij Israël de perden-
 dis Philistæis ut alienis et inimicis, tamen altera legis
 tabula urgebat, diligere proximum, ut seipsum, et tam

proximus factus fuerat Achis, declarante Christo, Luca. 10. de Samaritano. Beneficium hoc regis erat, cæterum cum Philistinis non legitur foedus iniisse, & se quod pro tempore iniisset, ipsis uiolatoribus irritum fuisset, inuadunt enim regnum statim ubi audiunt Dauidem unctum regem. 2. Regum. 5. Inter utrūq; igitur Dauid constitutus dum ignorat dei uoluntatem, dubijs uerbis loquitur. Nunc scias quæ facturum est seruus tuus, quæ tamen rex, non ut dubia, accipit pro se, quemadmodū & superiori capite. Et quia Dauid omnia cōmittit hic deo, deus liberat ipsum ab utroq; periculo, ut dicemus cap. sequenti.

De historia suscitati Samuelis.

Primum, mors Samuelis supra ca. 25. descripta repetitur, ut scias dæmonis illusionem esse quod de suscitatione Samuelis legitur. Deinde aperitur quā speciem iusti regis & pij hæc desperata hypocrisis post mortē Samuelis prætenderit, auferendo magos, ariolos & pythonicos, quasi secundū legem, Leuit. 20. Deut. 18. Esa. 8. Nituntur enī hypocritæ sese operibus legis uendicare uulgo, neglecta & cōtempta in deum fiducia. Sic nāq; scribitur de Saule. 1. Par. 10. Mortuus est Saul propter iniquitates suas, eo q̄ præuaticatus sit mādatum domini quod præceperat, & nō custodierit illud, sed insup etiā pythoniſſam cōsuluerit nec sperauerit in domino, propter quod interfecit eum & transtulit

regnum eius ad David filium Isai. Quid profuit Sauli habere nomen apud homines q̄ Ariolos non pateretur uiuere, qui supra ex Samuele audiuit. Repugnare uerbis dei est quasi peccatum ariolandi, & nolle acquiescere quasi scelus idololatriæ? Idololatriæ sunt omnes iustitiarij qui uerbum dei proiecerunt &c. Porro hypocrisis fuisse historia hic declarat, nam in angustia ea requirit quæ damnaſſe uidebatur. Hypocrisis enim extra tentationem operibus legis gloriatur, & cultrix dei sibi uidetur, in tentatione uero desperat, quia nunquā fuit illic uera in deū fiducia. Vnde ait, Vidit Saul castra Philistiim & timuit & expauit cor eius nimis.

Nec per somnia.

Nu. 12. Nec per sacerdotes. Heb. Nec per lumē, quod nostri doctrinam legunt Exo. 28. Lumen & plenitudo erant in rationali, quod ferebatur ante pectus sacerdotis. Significat Saul neq; per applicatum Ephod & rationale in sacerdotibus se audiri à domino &c.

Viuit dominus.

Iuramentum hoc est contra dei legem, tamen speciem habet honorati dei. Ita blasphematur ubiq; nomen dei per istos hypocritas.

Quā quæſo potestatem haberet hæc damnata ars in mortuos, nisi q̄ hic Satan se transmutat in Samuelis personam? Sic impios consultaſſe mortuos indicat lex Deuter. 18. & Eſaiæ. cap. 8. quam illusionem

diabolicam fuisse quis illic non uidet? Quod uero Sa-
muele scriptura scribit fuisse, hoc scribit quod mu-
lier & Saul cum suis illic crediderunt esse, à simplici-
tate enim sua scriptura non recedit, Sic etiam lex pro-
hibet à mortuis quærere ueritatē, cum tamen illi mor-
tui uere non sint, sed dæmones, sed qui suscitantur ex
eis credunt esse homines qui uixerant. Porro q̄ uera
narrat & prædicit diabolus, nō mirum. Omnia enim
hæc iam corā uidet, scilicet de Dauide regnaturo, id
quod & homines tunc non latebat, & de Saule cum
suis perituro, nihil enim præsidij iam uidebat aduer-
sus uim Philistinorum neq; ex hominibus neq; ex deo
cui iam ex aduerso incedebat Saul, sed neq; Dauid ille
aderat per quem salutem facere solebat deus, Facile
ergo certis coniecturis diuinare diabolus potuit, qui
tamen in his & fallere & falli potuisset, Permisit uero
deus hæc omnia uere dici à Satana, ut confirmentur
amplius in errore qui dilectionem ueritatis non susce-
perunt. 2. Tess. 2. Vnde lex prohibet Deut. 13. etiā illis
quæ eueniunt ut prædicta sunt credendum, dum illa
signa postulant ut deficiamus ad deos alienos, quia in-
quit, tentat uos dominus deus uester, ut palā fiat utrū
diligatis eum an non, in toto corde & in tota anima
uestra &c. [Deos,] id est iudices, ut uides &
Exo. 22. Ad deos utriusq; causa perueniet. Aut comi-
tes uidit cum Samuele illo personato, aut plurale po-

fitum est pro singulari, quemadmodum de uitulo aures dixerunt, Isti sunt dii tui Israël &c. id quod sequentibus magis conuenit. Pallio.

In Heb. tunica sericia, quæ est uestis sacerdotalis, Exo. 28. ut ista specie & iudex & sacerdos uideretur Satan, qualis fuerat Samuel, Nec mirum si in ista sancta specie apparuerit, qui se solet in angelum lucis transformare, sicut pseudapostoli in apostolos Christi. 2. Cor. 11.

Cras eritis, Id est, in morte eritis sicut ego, hoc est mortemini sicut ego mortuus sum.

Cecidit. Vide quæ angustia, & quæ desperatio, ita ut illa mulier condoleat & iuuare nitatur &c.

Posui animam meam.

In manum meam, uide rursum quemadmodum & ca. 19: dixi. quid significet uersiculus in psal. Anima mea in manibus meis semper.

CAPVT XXIX.



Quemadmodum supra diximus, David in isto dubio sic sensisse uidetur, Filij Israel sunt populus meus & fidelitatem debeo regi Philistæorum, sed forte iam uult deus punire filios Israel impios, aut uult ne seruem fidem datam dei hostibus, ne pluris faciam fidem meam quam dei uoluntatem (quemadmodum uotarij nunc faciunt) Ego neutrum intelligo, hoc autem scio quod neutrum iam possum.

tum bona conscientia, expectabo ergo dei uoluntatē,
et quicquid ille inuocatus iusserit faciam, is enim me
detrusit in hanc necessitatem, is faciet ne quid contra
eius faciam uoluntatem, utcumq; iudicauerint de me
homines. Fides quæ datur homini tunc nulla est quan-
do fides in deum aliud requirit. Exigit quidem secun-
da tabula ut fidem, promissa, iuramenta &c. homi-
nibus facta præstemus, sed non contra primam tabu-
lam. Imò contra primam tabulam nulla iuramenta &
uota præstanda sunt; nisi præstare uelis diabolo non
deo. Non enim tibi tua temeritas tanti esse debet ut
uioles diuinam ueritatem, Deus est uerax, tu men-
dax, atq; in hac re humiliare coram deo ubi quid tibi
acciderit per iuramentum & uotum quod præstare
non potes nisi contra dei uerbum &c. Iccirco hic li-
berat dominus Dauidem & cogit eum consilio Phi-
listinorum retrocedere. In hoc enim casu si te deo per-
miseris deus dabit consilium, ut sine conscientia mala
libereris, quemadmodum liberat nunc eos qui se tra-
ditionibus humanis deuouerant, ut uiolati iuramenti
non habeant conscientiam per uerbum dei quo docti
sunt à deo, quemadmodum conscientiam non habuit
Dauid supra cap. 25. sed gratias egit q; non præstite-
rit iuramentum. De illis uero qui sine uerbo dei iccir-
co conscientia mala, hodie omnia temere tentant, faci-
cientes ex libertate euangelica libertatem carnis cum

maximo euangelij scandalo, De illis, inquam, ista non dicimus &c.

Viuu dominus.

Quod per dominum iurat, & postea angelum dei nominat gentilis rex, quis non uidet in illis terris famam dei ueri mansisse à patribus? licet iam falsus dei cultus illic regnarit. Canaan filius Cham filij Noe primus illas terras possedit, inde illustratæ sunt peregrinatione Abrahæ Isaac & Iacob, ut uides in Gen. qui certe multis illic prædicauerunt & timorem dei docuerunt, In quibus terris uel in Salem inuentus est etiam ille Melchizedech sacerdos dei altissimi, & forte adhuc alij. Vides quàm sanctam conscientiam habeat Abimelech rex Palestinorum in Gerare Gen. 20. Sed ita ferè fit ut opinio de deo transeat ad posteros, fiducia in deum pereat, & nihil reliqui sit ex pietate præter falsum cultum, ubi prædicatio uerbi dei cessauerit.

Vt non ueniam.

Non satis candidum est hoc Dauidis uerbum, sed prolatum ubi iam uidet nihil esse periculi uel sibi uel regi Palestinorum uel Israëlitis ex his uerbis, tantum ut gratiam regis non amittat, de quo supra sæpe diximus. Et dubium est in oratione ut non ueniam & pugnem contra inimicos domini mei regis, id quod intelligere licebit uel Saulis uel Achis, Ab utraq; enim pugna se iam uidet uoluntate dei arceri.



Dum Dauid sequitur regem, Amalechitas irruunt in ciuitatem quam rex Dauid dederat, forte iam sentientes inde sibi damna inferri, aut certe propter Israelitas illic hospicio susceptos, qui per Saulcm genus ipsorum penè extinxerant, supra cap. 15. Nam & nunc dāna Iudæis intulerant, ut uides in uerbis serui Aegyptij. Quis hoc non iudicaret casum? sed dei prouidentia est, Deus facit abesse Dauidem, ut audeant aliquid Amalechitæ quos deus uult occidere, ut dictū cap. 15. Se quidem uindicaturi ueniunt, sed dei iudicio ueniunt ut occidantur, Dauid uero remittitur quasi consilio Philistinorū, sed deus ista efficit pro Dauide, quo soluat eum à periculo de quo supra diximus, & mittat eū in Amalechitas, ut hic prælietur prælia dei contra dei aduersarios quos Saul reliquerat. Atq; ad hoc prohibuerat dominus manus Amalechitarū, ne quem occiderent ex sicelitis &c.

Lapidare. quia senserunt propter Hebræos hoc sibi contigisse.

Et lassī quidam substituerunt.

Hæc erat tentatio fidei, sed pergit Dauid in uerbo dei quod audierat. Persequere &c.

Et inuenerunt.

Iste quoq; seruus abiectus fuerat quasi inutilis, sed ordinatione dei utilissimus ad negocium istud domini.

Vide uero hic q̄ qui uerbū dei habent quo solo fidunt, non interim negligunt humana, sicut enim utuntur armis sic & ministerio huius serui, in nullo tamen confidunt quā in uerbo dei, certi quidem sunt se comprehensuros hostes, sed quibus medijs & qua uia ignorāt, non ergo respuunt occasiones interim à deo oblatas. Ad quod interim dicimus contra novos spiritus quasi euangelicos, qui usum creaturarum damnant, quo tamen uelint nolint carere non possunt, cum deus nobis crearit creaturas, ut utamur, & solum prohibeat ne eis confidamus &c.

Iura mihi per deum.

De ista dei opinione in illis gentibus diximus cap. superiori. Iste seruus erat Aegyptius, Aegyptij erant ex Cham qui fuerat in arca Noe, Vnde Aegyptus in psal. dicitur terra Cham, Præterea in cultu ueri dei optime instituti sunt Aegyptij regnante illic Ioseph, quemadmodum in psal. dicitur, Vt erudiret principes eius ut uellet, & senes eius prudentiam doceret. Neq; etiam fieri potuit, ut non multi ex eis docti fuerint aut salutem opinionem de deo Israel conceperint ex cohabitatione Hebræorum per quadringentos annos. Quid q̄ reliquæ Aegyptiorum, ex solis contra patres ipsorum miraculis factis, doceri potuissent &c.

Discumbebant. Impij dum quasi uictores exultant iudicio dei pereunt, Voluit hic deus eos esse se

curos ut perirent.

Pessimus.

Primū quia suis uiribus quod gestum erat arrogabāt, deinde necessitatem fratrum ferre non poterant, illic contra deum hic contra proximum agentes, atq; adeo contra omnia praecepta dei. Præterea manifesta erat lex Nu. 31. Tollite summam &c. sed ferè fit ut scripturas negligamus, Hinc ista lex hoc loco innouatur quasi nunquā ante seruata, Dominus prædam dedit non uiribus pugnantium sed populo suo, Hinc & ex præda gratificatur Dauid etiam omnibus suis amicis ut commune fiat gaudium propter cæsos dei aduersarios.

ALLEGORIA. Amalechitæ primū inuadunt filios Israel egrediētes ex tenebris Aegyptiorū, id est, regni principis tenebrarum, ergo occidendi sunt uerbo dei & nihil ex eis relinquendum, ne postea contra nos inualescant suis armis, id est, falsa interpretatione scripturarum quasi pro suis traditionibus, quibus conscientiae libertatem nobis auferre conantur &c.

CAPVT XXXI.



Criptū est in psal. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Non ergo refert qua morte interierit Ionathas iustus dū pugnat pro hereditate domini, iustus enim si morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit &c. quæ legis de exitu iusti, iudicio mundi quasi

contempto & malo Sapien. 4. Contra alibi, Mors peccatorum pessima, quam hic legis Sauli contigisse, qui non sperauit in deo Israël sed consuluit Pythonissam, ut dicitur in Paralip. & ita urgentibus hostibus actus in præliū desperatione, ut Iudas apostolus periit, atq; hic perdidit illos quoq; secum quos antea per deū fortis saluauerat, & is blasphemia dei Israël iam tandem est in gentibus & templis earum quem deus exaltauerat. Hic est finis hypocritarum, quemadmodū dicitur toto cap. 20. Iob. Hoc scio q̄ à principio &c. Regnāt, gloriosi sunt, sapientes & iusti uidentur & aliorum saluatores, sed finis declarat eos esse ignominiam dei & blasphemiam. Huc pertinet quod de sale infatuato dicit Christus, & Ro. 2. propter uos nomen meū blasphematur in gentibus tota die. Talis & nunc tandem prodidit deus nostros hypocritas Christiana pelle teñtos, post quā eos coepit diiudicare uerbo suo & à regno deturbare, ut redeat regnum ad Dauidem, id est, Christū Dauidis filiū per sanctum euangeliū creditū.

Montes illi dicuntur montes Gelboe ab ingenti uicu illic qui dicitur Gelbos.

Illudentes mihi. Suae gloriæ nondum est oblitus. Simile legis de Abimelech qui se regem fecerat post mortem Gedeonis, qui ut scribitur Iud. 9. uulneratus à muliere fragmine molæ dixit armigero, Euaquina gladium tuum & percutite me, ne forte dicatur, q̄

à foemina interfectus sim. Non est simile de Samfone,
quem condēnare non potes, quia deus in morte Samso-
nis cooperatur, uires dei illic agūt nō uires Samsonis.

Trans uallem. Hic uallis dicitur uallis Isra-
el Iosue. 17. hebraice autem Emeck.

Habitarunt]. i. praesidia illic, ut sit, posuerunt &c.

Habitatores Iabes.

Beneficiūt isti memores beneficij per Saul accepti, su-
pra cap. 11. Cum suo periculo beneficium reddunt uel
mortuo, iccirco & Dauid bene precatur & benefi-
cia promittit eis. 2. Reg. 2. *Samuel:*

Combusserunt.

Qui mos Iudaeis non erat, sed forte hic ita consultum
uidebatur propter cadauera insigni ignominia à gen-
tibus affecta, uel ne forte rursum cadauera à gentibus
repeterentur, uel alia causa &c.

Ieiunauerunt.

Ad officium funeris quoq; pertinebat dies luctus age-
re, sicut de morte Samuelis etiam supra legis. Quic-
quid beneficij hic legis laus est uiuorum, mortuos ni-
hil iuuat.

Finis Libri Primi.

INCIPIT SECVNDVS LIBER.



HACTENVS rex erat Dauid à deo electus, sed nihil minus uidebatur quàm rex etiam sibi ipsi, nisi q. uerbū dei habebat, impietas hypocritici regni interim prauauit, & Dauidem exulem malefactorēq; iudicabat, Nūc autem regnat sed non sine tentatione, Concertatio est inter ipsum & domum Saulis, & super Iudam solum regnat septem annis, anteq̃ à toto Israële suscipitur, non tamen desunt qui per totā uitam Dauidis malunt regnū reuerti ad Saulis familiā, testis est ille Semei, cap. 16. Abijcit ergo impios, expugnat gentes, miliciæ regnum hie est. Quin & nō nunq̃ peccatis suis Dauid premitur, ut uides in historia Vrie & numerati populi. Hinc & sub cruce laborat, dum iniquitatē uidet in filiis, & pretereā dum à proprio filio ad tēpus eijcitur è regno. Hic arcā dei adducit in Hierusalē, tendit ei tabernaculū, munit ciuitatem, edificat sibi domum, uerū templum ad quod oīa parauerat, cuius omnia ministeria ordinat, cōsummare non potuit deo prohibēte, sed diuinas accipit promissiones de solio æterno, quæ in Christo domino nostro cōpletæ sunt, quas Esa. ca. 55. uocat, mi-

55

sericordias Dauid fideles. **ALLEGORIA.**
 Populus Iudæorū ex uerbo dei fecerat fiduciā ope
 misericordias domini fideles

rum Esā. id quod uidere licet in historijs euangelicis, quod est regnū Saulis, Interim expectabatur regnum Davidis. i. Christi, quod est regnū ueritatis, qui ubi uenit à paucis primū susceptus est, nam hypocritarū regnū reluctabatur, donec cresceret hic David & non solū Iudæos sed & gētes per suum euangeliū deo subiugaret, licet interim reclamantibus, murmurantibus sed pereūtibus hypocritis, qui perdiderūt & gentem & locū, dum regnum sperant ad se rediturū. Itaq; hic persecutione & Iudæorū & gentiū clarior fit & augustior gloria huius Davidis. Dum enim præmitur crescit gloria Christi. Sed qd est quod David etiā peccat? Respondeo. Dū hic nō quietis sed militiæ regnū describitur, certū est regnū Christi in terris describi ubi adhuc pugnatur. Christus quidē non peccat, sed Christiani derelicti nōnunq̃ sibi, ut discant nō altū sapere, suis præmuntur peccatis, quæ Christus oīa pro nobis suscepit & in ligno crucifixit, summūq; pontifex quotidie apud patrē pro eis ut tollantur intercedit, qui est iustitia & satisfactio nostra. Itaq; in regno Christi peccata quidē sentiuntur sed non dānant, dum credētibus per misericordiā dei non imputantur. Vnde dicitur infra ca. 7. Qui si inique aliquid gesserit &c. Quid attinet dicere de cruce, cū omnes quotquot uolūt pie uiuere in Christo persecutionē patiātur? Huc quoq; pertinet, & perficit quidē oīa quæ ad regnū pertinent, possidet.

Iudeos, subigit gentes, ordinat dei cultum, parat omnia ad consummandum futurum templum, sed tamen templum & quæ dei sunt perficere non potest, omnia tamē in conspectu dei & ab ipso deo acceptantur pro consummatis, quia in regno Christi imputantur quidē nobis, quia suscepti sumus, omnia pro perfectione consummata tamen iustitia in hac uita non contingit. Omnia uero post mortem Dauidis sub Salomone consummantur ut dicemus suo loco. Omnium uero horum exemplum hodie uidemus quando regnum Saulis, id est hypocritarū, perit, Christo rursus per euangelium incipiente regnare, non desinent tamē ad finem usque mundi qui cupiant regnum ad Saulem reuerti &c.

CAPVT PRIMVM.



Quam uero corde hic doluerit Dauid ex præcedentibus uidere licet, id quod est exemplū diligendi inimicum si in solum Saulem respicias, quē dolet Dauid turpiter interisse, cum gloria fuerit Israël cōtra gentes, quæ nunc gaudent & blasphemant nomen domini. De Ionatha & filiis Israël occisis quid attinet dicere in hoc luctu Dauidis? Iacet populus dei, & dei nomen blasphematur in gētibus. Porro Amalechites qui mendacio gratiā inire uoluit apud Dauidem, licet nō mentitum Iosephus uelit, sententia oris proprii perit. quēadmodū

quēadmodū ille in parabola euāgelica, cui dicitur,
 Ex ore tuo te iudico serue nequā. Non enim iam par
 cere debuit ei Dauid, quē dominus tradiderat in ma-
 nus eius iudicandū ex oris sui sententia. Sciebas, in-
 quit, Christum esse dominū, quia ex profelytis te esse
 dicis, ergo nō debebas hoc malū facere, ne iussus qui-
 dem, nisi etiam nō peccasse putas Doëch Idumæum,
 qui iussus occidit Christos domini, i. sacerdotes. Inci-
 dit uero in hoc iudiciū Amalechites hic iudicio dei,
 ut cū reliquis Amalechitis periret, à quorū cæde iam
 Dauid uenerat. Corde enim Amalechites adhuc erat,
 qui externa circuncisione Iudæū profelytam se men-
 tiebatur. Veste conscissa. &c.] Quæ tunc erant se-
 gna luctus. Iste enim luctum simulabat. &c.

Arcum.] Vulgo intelligunt, ut filij Iuda discant
 arcu iacere, & exerceantur ad præliū, & fortes sint
 ne cadant aduersarijs. &c. Quod si uerū est, librum
 iustorū intelligo librum Iudicum, ubi dicitur cap. 3.
 Hæ sunt gentes quas dominus dereliquit, ut erudiret
 in eis Israëlem, & omnes qui non nouerāt bella Cha-
 nanæorum, & postea discerent filij eorū certare cum
 hostibus, & habere consuetudinem præliandi &c.
 Verum nō uideo, qui hoc loco huic conueniat. Iccir-
 co arcum putamus fuisse carminis siue lamentationis
 huius appellationem, & istum librū qui hic citatur,
 non extare nunc. Iosephus quoq; dicit se uidisse epi-

taphium Saulis & Ionathæ à Dauide conscriptum, quod uerisimile est esse istud quod hic describitur, aut huic simile. Arcum igitur dicimus carmen in quo canitur arcus fortium superatus, & fortes cecidisse qui uictores euadere solebant, q.d. Tantus est hic luctus, ut perpetuæ memoriæ mandari debeat, quemadmodum quod carmine celebratur &c.

Incliti.] Incipit carmen. Et dicit, Super montes tuos, non dicit, ô Israël, uel ô Gelboe. Sicut enim affectus læticia gestientium, alijs non sibi, obscure loquitur, ita & dolentium &c. Sic in psalmo, Fundamenta eius &c. Certa tamen sententia ex sequentibus deprehenditur. Nolite.] Non potest prohibere Dauid, quod ubiq; iam dicebatur in ciuitatibus gentium & templis, sed affectum suum indicat, quo nollet hoc dici, significans quàm doleat de ista intergentes blasphemia. Montes.] Loco ei iam male precatur, ubi talia mala contigerunt, quasi diceret, Non sit hic locus acceptus deo, ut illic aliquid frugis proueniat, uel in usum hominum, uel in oblationem dei. Sagitta.] Laus mortuorum, quemadmodum fit in epitaphijs. Aquilis.] Scilicet ad persequendum hostes &c. hyperbolicæ orationes sunt.

Vestiebat.] Ex præda hostibus erepta. Vestra iâ illæ deliciæ perierunt &c. Quô.] Qui ita finit satis indicat se plura uelle loqui, dū dolor nō permittit.



Actenus regnaturū se crediderat Dauid
propter uerbū dei qd' habebat, sed quan-
tos insultus ista fides passa sit, uidimus.
Sic enim exerceri solent corda creden-
tium, ut saepe anteq̃ prætetur promissa, adigantur ad
desperationem, & certe in desperatione, id est morte
& inferis, manerent, nisi paterna dei bonitas nobis sic
infirmi-
tatem nostrā, & suā erga nos curā declarare
uellet, ut discamus non in nobis, sed in ipso sperare.
Hic autem nunc Dauid scdm̃ dei uerbū regnat, uide-
tur cōsecutus promissa, sed hic tentatio rursum fidei
est, ne quod cōsecutus est periculo capitis sui & suo-
rum amittat. Quid putas eū animi habuisse, dum so-
la tribus Iuda eum suscipiebat regem, undecim autē
tribus regē fecerūt Isboseth filiū saulis, quasi regni
heredē, & pugnabatur contra Dauid, quasi cōtra re-
gni inuasorem & occupatorem? Et hac tentatio du-
rat septem annis. Non speremus nos aliud in regno
isto Dauidis, id est Christi, ubi alijs tentationibus de-
functi sumus, aliæ uel pares uel maiores succedunt,
sic interim uolente patre nostro deo, qui omnem filiū
quē suscipit, corripit &c. Heb. 12. ex prouer. In qui-
bus tentationibus persistere non liceret, nisi subinde
suis cōsolationibus pater misericordiarū nos recrea-
ret, & in suo uerbo confortaret. 2. Corin. 1. & in
psal. Secundum multitudinem dolorum &c. ut non

dicam, quod hoc penè in omnibus psalmis canitur. Sic & Dauid nō sine consolatione dei est, dum oppugnatus uidet paulatim aduersarios deficere, se uero proficere & indies fieri maiorem, ut uides hic usque ad caput. 6. Quemadmodū & superiore tentatione uidit nihil Saulem proficere, & ubiq; sibi manū dei presentē, etiā ubi maxime timebat aliquando absentem. Nobis itaq; ista exempla descripta sunt, ut in fide dei uirtutem & benignitatem discamus & c.

Consuluit. Sine uerbo dei nihil tentat, cui ita fedit, ut statim dimissa Siceleg omnia transferat ad suos cum omni suo exercitu & populo.

Vixerunt. Ter unctus legitur Dauid in regē. Primū à Samuele iussu dei, quo declarauit Samuel, hunc esse regem à deo electum. Secundo à Iuda. Tercio à toto Israēle, cap. 5. quo declararunt se hunc suscipere regē. Nihil enim aliud illa externa unctio hominibus significabat. Ceterū de unctioe diximus libro primo. Hebron ciuitas est, cui multa oppida adiacebant, olim ciuitas gigantū, ædificata septē annis ante Zoan ciuitatem Aegypti, Num. 13. ubi sepulti iacent Abraham, Isaac, & Iacob, Gen. 49. ubi erat spelunca illa duplex, Gen. 23. Vt illic inciperet Christi regnum in terris, ubi quiescebant, quibus factæ erant promissiones. Moyses ad illam terram ingredi non potuit, ne lex uideretur irritas facere dei

promissiones &c. Vide quantus campus hic esset reuelandorū dei mysteriorū. Et nunciatū.] Obiter hoc interseritur, ut amplius declaratur, quo animo fuerit in inimicū, de quo supra. Abner &c.] Hæc est illa tentatio Dauidis, de qua diximus. Isboseth iste ignauus fuisse declaratur, quia infra ca. 3. Abner scribitur regere domū Saul. Hinc & cū alijs ante neque cōputatur, neq; in prælio scribitur fuisse cū reliquis fratribus. Neq; uero ætas prætexi potest, qui hic. 40. annos natus dicitur. Egressus. Non solū uidit Dauid aliū regem constitui super Benjamin & oēm Israhēlem, sed etiā contra se pugnari.

Porro.] Temeritas principū & ducū exercitus describitur, qui nihil pietatis pensi habent, quibus homicidia lusus sunt. Experiamur, inquiunt, uires nostrorum, uter habeat fortiores &c. Et ortū.] Propter Dauidē istā uictoriā dedit deus, & præterea reliquas uictorias per Ioab, optimū quidem iudicio hominum ducem, ceterū coram deo impiū, ut alijs locis dicemus. Iste Asaël infra capite 23. & 1. Paral. 11. inter fortes Dauidis laudatur uir optimus, sed dū sua uelocitate & fortitudine fidit, perit. Exemplum ne de dei donis præsumamus.

Et leuare. Timebat regnum quandoq; uenturum ad Dauidem, cuius Ioab erat militiæ princeps, ut eius uerba indicant infra capite tertio.

Periculosa. Vergi. Vna salus uictis & c. Verū in Heb. est, An ignoras nouissimum esse amarū? q. d. Et tuis malū curabis, si perrexeris, licet uinces, tamen cruenta erit uictoria.

Viuūt dominus. Sine dubio hoc erat mandatum à Dauidē, non ut quærerent fratrum necem, sed se defenderēt, dum aliud non licebat. & c.

Præter Abner.] Nobilis iste & optimus erat, ideo circo cum cæteris non nominatur, & eius sepultura describitur.

CAPVT III.



Rucis in principio huius capituli eleganter descripta est fors utriusq; regni Saulis & Dauidis, id est hypocrisis & ueritatis. Concertatio est, illud uidetur fortius, hoc infirmius, sed istud paulatim in deo proficit, illud deficit. Præterea historia describitur, quod Abner princeps militiæ Isobeth, iratus domino suo regi, omnem Israëlē uult adducere ad Dauidis imperiū, ad quem omnia agnoscit pertinere. Hic Dauid gaudet, quod sine effusione sanguinis ita ueniat ad se totum regnum, reputans istam esse domini uoluntatem & prouidentiam. Sed quemadmodum in psal. scribitur, Dominus reprobāt consilia principum, carnalia ista erant, dominus autem ita uoluit Dauidem regem fieri totius Israël, ut hoc ipsum nulli posset referri.

acceptū. Nati.] Hoc quoque ad incrementū pertinet. Verum ne in carne cōfidamus, magna crux Dauidi imponebatur in quibusdam filiis. Amnon stuprat sororē, & hic occiditur ab Absolone, Absalon patrē exturbat regno, Adonias, patrē ignorāte, regnum cupit occupare. Cū ergo.] Ignauia Ithobeth describitur, id quod quoq; ad decrementū ipsius pertinet, de qua supra diximus. Hunc seruauit deus, ut per hunc negociū fieret Dauidi, qui tamen proficere non posset, mirū dei consilium.

Ingressus. Iam data occasione per irā incipit sentire pro Dauidē, & multis modis se damnat Abner corā deo, dū dicit, Iurauit dominus Dauid, Itē, locutus est ad Dauid, dicēs, In manu & c. Si hæc sciuit cur constituit aliū regem, factus omnis sanguinis, qui propterea effusus est, reus? qui præterea perpetuo, si licuisset, ita seruasset regnum contra Dauid, nisi quid eius obstitiisset cupiditatibus. Perit ergo, sed postquā respuerat hic maximus princeps in Israël, & multo melior quā Ioab, iustiorq; occiditur à Ioab proditorie, nullo iure, ne belli quidem, ut uides in uerbis Dauidis. 3. Reg. 2. & ibidem in uerbis Salomonis. Et licet Ioab ultionem cogitarit occisi fratris, uidetur tamen inuidia causa maior fuisse quod Abner uidebatur multo dignior princeps apud Dauidem futurus.


Pœna uero istius proditiōis dilata quidem est, sed

tamen per Salomonem mandante Dauide executā in caput Ioab. Quid putas tulisse Dauidem, dum interim istum cogebatur principem ferre, de quo etiam conqueritur obiturus? Cuius iniusticia non solū hic, sed etiam alibi clarescit, dum & Amasan haud dissimiliter occidit. Item dum prompte obedit Dauidi de morte Uriæ præcipienti. Interim tamen coram hominibus optimus princeps habebatur, nam alterum occiderat in ultionem fratris, alterum quod affectaret principatum eius, ista erant iudicia hominum. Prudentissimū secundū sapientiam carnis fuisse uideri licet. 2. Reg. 14. quid attinet de experientia & re militari dicere? Non potuit hic Dauid animaduvertere in eum propter populum qui iustū eum iudicabat, & optimum principem nouit, tamen semper & publice facta eius cōdemnauit. Præterea uidit quod deus istum uellet ferri, per quē (licet propter Dauid) deus dedit uictorias, sicut per impios, dum bene loquuntur de Euangelio, quidam ad Christi regnum conuertuntur, quos fert Paulus Phil. 1. dicēs, Nōnulli quidē per inuidiā & c. quasi diceret, Gaudeo dū per quosdam (licet impios) uideo deum promouere Euangelium & c. Moriturus uero Dauid, cōmittit iudicium iustum in Ioab Salomoni, ita ambo ceciderunt in iudicia dei, & Abner & Ioab, sed in hunc iure agit Salomon, in illum summa iniuria Ioab.

Michol.] Vide quæ dixi supra. I. Regum. 25.

Quid fecisti. In hypocrisi mentitur, Aliud enim cogitat. Talia sunt humana corda, ubi non est dei spiritus. Et insuper amicū se fingit coram Abner &c. Tales sunt illi actus elicitī sophistarū, dū per illud suum liberum arbitrium opera fingunt exterius bona, ceterū cor pessimis (quod interim nō uident) fuerit cupiditatibus. Nec deficiat.] Istæ erant maledictiones legis. Porro quod dicit, Tenēs fusum, significat sexū muliebrem, q. d. Nō det ei dominus semen uirile, ut intereat nomen eius, quemadmodū in psal. In generatione una deleatur nomen eius.

CAPVT IIII.

ihil uidet qui nō uidet, quid hic agat deus, nimirū hoc quod supra dictū est Saulis domū decrescere. Multa timere Dauidem oportuit, sed ecce caput regis ad eū fertur, qui residuus ex filijs Saul erat, & Mephiboseth filius Saul claudus & inutilis est. Perit iudicio dei rex, quia regnare uult contra uerbum domini, quod non potuit ignorare. Percunt & eodem iudicio duo duces exercitus eius, qui impio, quod ad ipsos atinebat, facto gratiam apud pium Dauidem inire uolunt. Rex occiditur deo uolente, & occisores tradit deus Dauidi iudicandos, quos nisi iudicasset Dauid

impious & ipse fuisset. Regnum suum esse sciebat Dauid, sed nondū sperare potuit tranquillū, & sine bello ad se rediturū. Hic Davide quiescente, deus omnia curat, ut non solum rex, sed & principes exercitus eius pereant Abner & hi duo. Sic & in regno Christi, dum non speramus, aduersarij Euangelij intereūt, ut Euangelium in electis possit regnare. &c.

Dissolutæ. Vides quod rex sperauerat in Abner. Qui in carne fiduciam collocant, pereunte carne non desperare non possunt, psal. Nolite confidere in principibus, &c. Sed & omnis Israēl turbatur, qui tamen adhuc habet regem saluum, ut uideas nihil hominem fuisse regem, & Abnerem potius regem fuisse, id qd supra diximus. **Gethaim.** In Idumæa uidetur fuisse, ubi erat tūc colonia Berothitarū. Hoc aut scribitur, ut maius istorū proditorū scelus uideatur. primum qd principes exercitus erant, quibus rex tutum putabat, nō solū se, sed & regnum suum. deinde, quod ex eadem tribu erant, ex qua domus Saul.

Erat. Et hunc inutilem fuisse regno describitur, quem postea nutrit Dauid ex sua mensa propter iurandum cum Ionatha patre initū.

De Saul. i. qd Saul & Ionathas essent interēpti.

Et ostiaria. Heb. Et ingressi sunt domū laturi triticum. i. quasi panē ablaturi pro se & suis, quemadmodū fit. **Et dedit dom.** Recte qd ad uerba attis

net, sed hypocrisis est, non enim ita sentiunt, sed sua
quarūt. Cui oportebat.] s. iudicio mūdi & carnis.

Innoxiiū.] Nihil male merentē, sed bene meritū de
suis occisoribus. Impij.] Id est nihil deum ueriti.

In domo sua, super lectū suū, ubi omnia tuta putā
tur, & nihil timetur, ne ab aduersarijs quidē. Signifi
cat eos neq; deū neq; homines ueritos, & qcquid usq;
est pietatis & fidelitatis contempsisse. Durius ergo in
eos animaduertit, ne sāguinis istius sit reus corā deo,
quia iudex erat constitutus, & isti sua confessione ue
niunt in manus eius, & ne quisquā aliūs simili scelere
tentaret consequi gratiā regis. Laudātur & in ethni
cis historijs reges, qui similia fecerunt, sed non simili
fide. Exemplū certe est regibus & magistratibus imi
tandum, ut potius sese tutos cum suo regno uelint dei
protectione, quā istis sceleratis factis, quæ etiā mun
dus execratur.

CAPVT V.



Am David scd'm uerbū domini regnat su
per Israēlem, nō solū à deo, sed etiam ab
ipso populo electus, id qd' deus curauit,
ad quē dicitur in psal. Qui subdit ppl'm
meū sub me. Et alibi, Da nobis auxiliū de tribulatio
ne, q̄a uana salus ab homine. In deo faciemus uirtutē,
& ipse ad nihilū deducet tribulantes nos. Sedē ergo
sibi occupat in Hierusalē in arce Sion, expulso inde

Iebusæo, ædificat domū, benedicitur fructu uteri & semine regio, & resistentes Philistæos ut lutū conculat. Atque ita tandem uidere regem licet, qui hactenus tantis actus fuerat malis quasi à deo abiectus, ita differt quidem deus ueritatem suam, ut probet fidem nostram, sed in tempore ipsi placito non à nobis præscripto præstat &c. Ecce. &c.) Tria dicunt. Primum, quid recusaremus esse tui, cū frater noster sis & uir optimus, in quo nihil iniusti reperimus. Deinde, quod in prælijs nostris tu fueris sæpe nostra per deum salus. Præterea, quod maximū est, quod tu habes de regno super nos dei promissionem. Hinc uidere licet quā uulgata tunc fuerit promissio facta Dauidi, & tamen hominū cupiditates hactenus obstiterant, secundum dei occultum iudiciū, ne regnaret Dauid super omnes, ut Dauidis fides exerceretur, & quidam sua cæcitate & cupiditate perirent. Quemadmodū hodie, quis nō audit? quis non etiam inimicorum nostrorum fatetur Christum solum debere regnare? & tamen quisq; pro suis infelicitèr pugnat cupiditatibus, ne Christus regnet &c. Pasces.] Pulchra metaphora, ex qua principes saltem agnoscāt, quid debeant populo suo, quæ apertius exprimitur in psal. Et elegit Dauid seruū suū, & sustulit eū de gregibus ouīū, de post foetantes accepit eū. Pascere Iacob seruum suū, & Israël hereditatē suā. Et pauit eos in mā-

nocentia cordis sui &c. & in intelligentia manuum
suarū deduxit eos. Corā do.] Nō solum hoc est in
conspectu domini, quasi inuocato domino teste cor-
dium, ut alibi diximus, sed etiā quod ibi externus deī
cultus fuerit, & quicquid corā illis externis fiebat, co-
ram domino fieri dicebatur, ut certe fiebat, id qđ sē-
pe uides in libris Moysi. Locū illic sacrum fuisse testa-
tur sacrificiū illud impiū Absalonis, infra cap. 15. ubi
& olim Abraham legitur altare domino edificasse,
Gen. 13. Filius.] Regnum Dauidis nō est subditum
ut Saulis, sed per incrementa latenter serpit ad æter-
nam maiestatem. Atq; hoc est regnū Christi, nō solū
in Christi persona, sed etiā & potius in eius Euan-
gelio & singulis uere Christianis. Et abiit.] Iudi-
cum. 1. legis ciuitatem Hierusalem expugnatā à filiis
Iuda, sed nō omnes Iebusæos inde exterminatos à fi-
liis Beniamin, sed unā illic habitasse usq; ad hæc Da-
uidis tpa. Hic uides reliquis fortiores illic fuisse Iebus-
æos, quia arcē Sion habebant munitissimā. Vnde &
contemnunt Dauidē, ponentes super fistulas tectoriē
idola sua, dicentes. Vel nobis quiescentibus ista satis-
erunt contra te Dauid, ne ingredearis ad nos. Ita se-
curi sunt & blasphemant, ubi deī iudicio eis pereun-
dum est. Nō ingredieris, Heb. Nō ingredie-
ris huc, sed abigent te cæci & claudi. Putabant uero
Dauidem eō nō ingressurū, Cœpit autē Dauid arcem

Sion, quæ est ciuitas Dauid. Et in eadē die dixit Dauid, Qui percusserit Iebusæos, & peruenerit ad fistulas tectorū, ad cæcos & claudos, quos odio habet anima Dauidis (Aposiopesis est) Inde dicitur, Cæcus & claudus non intrent in domū, id est, Caue ne admittas illud, ne confidas eo quod tibi sit exitio, ut idola Iebusæis. Gentes iam habitantes in medio Iudæorum, cogeantur sæpe audire contra sua idola istas uoces, Dij uestri sunt idola cæca & clauda, stultum est confidere illis, quæ se iuuare nō possunt. Sic enim tunc & inter se loquebantur Israëlita, & docebantur, Simulachrū gentium argentū & aurū. &c. psal. 113. & Esa. 44. & 46. &c. Vnde hic iridentes Iebusæi, dicunt, Vanum est quod tentas o Dauid, quos uos cæcos & claudos dicitis, satis erūt cōtra insultus uestros. Ciuitatem Dauid. Quia hic iam constituit sedem regni, Bethleem autem uocatur ciuitas Dauid, Lucæ. 2. quia illic natus erat.

Mello ciuitas est, quam Salomon reparauit. 3. Regum. 9. Ingrediebatur. Id est ambulabat, quod more scripturæ positum est pro agebat. Hic est profectus regni Christi, quia deus est cum eo. Aduersarios agit spiritus nequam, ut Saulem. &c.

Myfterium scripturæ. Secundum natiuitatem, Dauidis ciuitas est Bethleem, quemadmodū & Christi. Verum, nos non natiuitatem uel Dauidis, uel

Christi respicimus, sed regnū. Ille enim paruulus non solum natus est, sed etiam nobis natus est. Quare nobis? Vt, inquit, sedeat super solium Dauidis, & super regnum eius, & confirmet illud iudicio & iusticia amodo in sempiternū. Hinc & regnū Christi ex Hierusalem illa terrena prodiit in uniuersum mundum, quemadmodum idem Esaias dicit, De Sion exhibet lex & uerbum domini de Hierusalem &c. Tunc dilatata est Hierusalem & Sion ciuitas sancta regni Dauid per mundum uniuersum in gentes & Iudæos, & ex terrena facta est cœlestis, sicut ex terreno regno Dauidis regnum cœlorum, siue ecclesia sanctorū. De qua Hierusalem & Sion omnes propheta loquuntur, qui (ne impijs Iudæis detur male interpretandi occasio) dicunt eam æternam fore, ut Esaiæ. 33. Oculi tui uidebunt Hierusalem. Item ad eam uenturam nationem omnium gentium, & illustrem fore nocte & die sine huius solis & lunæ uisibilis lumine, Esa. 60. &c. Sed quid est, quod à tempore Iudicum possident eam uirtute dei filij Israël, sed tamen arcem Sion munitissimam Iebusæi in suis idolis gloriantes, & Dauidem cum suis contemnentes? Respondeo. Vt istud semper fuit, ita & nunc est in ecclesia fidelium, Qui confidunt in suis idolis, id est iusticijs humanis, irident & contemnunt alios, iusticiam humanam damnantes, & se uel solos ad Sion, id est ecclesiam,

pertinere arbitrantur, cæteris quasi hæreticis exclus
sis ut putant. Interim tamen Sion pertinet coram deo
ad illos qui nihil ex ea habere videntur, non ad illos
qui regnare videntur. Hos Dauid. i. Christus cõficiet
sp̃ritu oris sui. i. Euāgelio prædicato, & abolebit re
gnum eorum illustratione aduentus sui, tunc uidebūt
quid prosint idola. In ore ergo omnium nostrū sit ada
gium, Non intrent in domū cæci & claudī. i. caue
duciam alienā quæ nihil prodest, sed tui potius con
culcatio est accedente gladio. i. iudicio Dauidis.

Misit. Quod domū sibi edificat, confirmatum
eum in regno indicatur. *Mysteriū.*] Ad Dauidis
domum res & artifices ex gentibus mittuntur, ut &
postea legis de templo Salomonis, id quod est opus
& ministerium Euangelij in gentibus, quo Christi ec
clesia construitur.

Accepit. Hoc quoq; & ad quietem & ad mul
tiplicationem regni pertinet. Contra de Saule supra
scriptum legimus, qd̃ eius posteritas interierit, quin
& cap. sequenti, ne Michol quidem filia Saulis, quæ
uxor Dauidis, filios habet. Duorum uero hic filiorum
nomina præ cæteris sunt insigniora, Salomonis, per
quem regnum uenit ad posteros, cuius linea deficien
te reliqui principes ex Nathan præfuerunt populo,
ex cuius linea Christus dominus est, ut uides in Luca.
Ridiculum autem est, quod Nathan prophetam, de
quo

quo infra uidebis, putant quidam à Luca nominari, & quod is fuerit Dauidis filius per adoptionem, cū scriptura manifeste dicat Christum ex Dauidis semine natum secundum carnem. &c.

Audierunt. Hoc est quod supra diximus Dauidis regnū esse regnū militiæ, quēadmodū ad Christum dictum est, Dominare in medio inimicorū tuorū donec ponā &c. Huc pertinet quod dominus suo uerbo iubet pugnare Dauidem, & instruit eum ad prælum contra aduersarios, quemadmodū in psal. dicitur, Qui docet manus meas ad prælum &c. & ad nos Christus, Cum steteritis ante reges &c. Ego dabo uobis os & sapientiā &c. Nolite timere, ego uici mundum &c. Regnat Christus cū suis etiam inuitis omnibus, qui regno eius, id est Euangelio male uolūt.

Baalphrasim. Id est uiri diuisio, quod illic scissi & occisi sunt Philistæi, Esaie. 28. Iste locus uocatur mons diuisionum.

CAPVT VI.



Hoc ad pietatem regni Dauidici pertinet, qd̄ requiritur arca sub Saule neglecta, quæ hactenus fuerat in domo Aminadab, postq̄ reducta erat à Philistæis. Ista arca maximum sacrum erat Iudæis, & ipsum sanctū sanctorum, quo Christus & ecclesia, in qua spiritus dei presidet, significabantur. Nam arca ecclesia est, in

qua sunt absconditæ tabulæ legis .i. lex spiritus uitæ
 in cordibus credentiū, super quā est propitiatoriu. i.
 Christus, Ro. 3. Heb. 4. cui circumdatur corona aurea
 ut regnū significetur. Duo cherubim quasi uolantia,
 duo sunt testamēta, quæ prædicatione per orbem uo-
 lare debent, sed ambo in propitiatorium uersis ad se
 multibus respiciunt. i. concorditer unū Christum præ-
 dicāt. Hic præsidet deus, nā caput ecclesiæ Christus,
 Christi caput deus. Deus est omnia in omnibus, quī
 erat in Christo, mundū reconcilians sibi. Dauid autē
 sui officij esse putat, ut ista introducantur in Hierusa-
 lem & in arcem Sion, quæ æque ecclesiā significant,
 ut supra dictū. Christi enim est Euangeliiū introduce-
 re in ecclesiam, per qd' omnia quæ diximus accipiuntur
 & possidentur. Neq; sine uerbo dei hæc maxima
 tentat, uerbū enim ex lege habebat, ista. s. à pplo dei
 honorāda, quæ deus ut maxima reuerētia & religio-
 ne honorarētur instituerat, ut in Exo. & Num. uides,
 de quibus habebāt dei promissionē, qd' deus ipse illic
 sederet & exaudiret. Vnde & hic dicitur, Super quā
 inuocatum &c. Iccirco Dauid. I. Paral. 17. sic ait, Si
 placet uobis, & à domino deo nostro est, mittamus
 &c. Porro scdm legē istud ministeriū pertinebat ad
 sacerdotes & leuitas, qui uerbi euangelici significāt
 ministros. Hi uerbi dei obliti, quo præcipitur, ut por-
 tetur arca in humeris leuitarū, faciunt currū nouum

precedentibus bobus, arguentes forte ex exēplo Philistim, ista à Philistim facta placuerūt deo, nam deus illic suo miraculo cooperabatur, ergo nunc placebūt si & nos fecerimus. Et interim nō uidebāt stulti qd' relinquebāt uerbū dei, qd' ipsi, nō Philistim, habebāt. Vt uideas hic nō ualere argumētum ab exemplo, ubi propter exemplū relinquitur dei uerbū, quēadmodū nostri Euangelii nō sequūtur propter exēpla patrū, per quos deus mirabilia operatus est. Dissimulat hic deus, dū Dauid, dum reliquū uulgus, quisq; sana fide glorificat deū Israël instrumentis musicis, quibus cordis gaudiū testabantur, donec boues à uia paulisper declinant, Hic dū arca minatur casum Osa accurrit temere & moritur, qui ob negligētiā uerbi dei in hoc periculū cadendi induxerat arcā domini, qui lapsus graue scandalū fuisset populo, id qd' timeri nō oportuisset, si in humeris arcā scdm dei uerbū gestaſsent. Et hodie qui se sacerdotes & episcopos iactant, minūsterium uerbi bobus & currui cōmittunt. i. illis qui nō hīl habēt spiritus, sed scandalo sunt uerbo, & prātereā efficiunt, ut uerbū cadat, & pereat hoībus, quod onus illi ipsi, quibus cōmissum est suis humeris portare deberent, sed ipsi quoque uerbum ignorant. Iccirco manet eos sententia salis infatuati. Vnde Dauid .I. Paral. 15. agnoscit hic peccatum esse, dicens, Illiſitum est, ut à quocūq; portetur arca dei, nisi à leuitis

quos elegit dominus ad portandum eam, & ad ministrandum sibi in eternū. Sentit enim nō amplius plaustrum & bobus cōmittēdā arcā, abiecto dei uerbo &c.

Super temeritate. Quia ista facta erant sine uerbo dei, & contra uerbū dei manifestū. Bene facit Dauid, qui uult reduci arcam. Male faciunt sacerdotes, qui in reducendo non seruant uerbum dei.

Contristatus.] Hic grauem Dauid patiebatur cōscientiam, iratū etiam contra se sentiens deū, & indignitatem suā apud sese reputabat. Id quod fit etiā in ecclesia Christi, ubi sepe derelicti sibi iudicāt deum sibi iratū. Maxime uero iam uidebat isto iudicio Dauid nō esse actū scđm uerbū dei, id quod ante non attendebat. Sic ubi Euāgeliū introduci cupimus, maxime agamus, ut inuocato deo, omnia fiant scđm eius uerbū & uoluntatē, & nihil nostra sapientia & uiribus confidamus. &c. Sed diuertit.] Vides quid sit hic passus in animo Dauid. Nōne in mentē uenit iudiciū Philistijm, & occisionis Bethsamitarū et aliorū?

ALLEGORIA. Sacerdotiū Iudaicum peccat & moritur, & arca testamenti dei ad gentes introducitur, ubi dominus benedixit per Euāgeliū &c.

Obededom gentilis erat natione, sed ad dominum conuersus, unus erat ex profelytis, Gethæus enim scribitur. Benedixit.] Fructibus agri, uteri &c. quæ sunt benedictiones dei externæ in lege.

Nunciatum &c.] Hic David rursus consolatione accepta ex certo dei signo, quia benedixerat domui Obedom, adducit arcā cum iubilo & laudibus dei, sed certe nō sine timore, id quod indicant illa sacrificia in uia, & iubet Leuitas, ut omnia agant secundum uerbum dei, ne rursus irascatur dominus, quemadmodum cernere est in Paralipomenis, quemadmodum Christus nō aliud mandat ministris uerbi in adducendo Euangelio sacro. Armigatis.] Intelligunt ad armum pendentibus. In Heb. non est. Et David percutiebat in organis armigatis.

Et saltabat. Istud erat opus dei & spiritus dei exultantis in corde eius, stultum certe coram mundo in tanto rege, qualia sunt omnia opera uere bona uerorum sanctorū. Stulta uidentur, tantū abest ut bona habeantur, & tamen uere bona sunt, cū interim optima hypocritarū in speciem opera sint impietas. Iccirco Michol filia Saulis, sua ratione & iudicio sapientie carnis, magno supercilio & audacia, quemadmodum faciunt qui nihil habēt spiritus, damnat factum Davidis, atque adeo factum spiritus dei in Dauide, quod impietas illa interim non uidet, ignominiam uocat, impudentiam, scurrilitatem. Mirum quod ista ausa fuerit in regem, sed in hoc animum concipiunt hypocritae & prudentia carnis, dum putant uel optime consulere, uel iuste facere, ut nos à nostra stulticia

in eorum sapiētiam concedamus. Istud est genus cui
Christus crucifixus est stulticia. Itaq; maledictionem
accipiunt ad quos benedicendos Christus uenerat.
quemadmodum hic Dauid uenit, ut domui suae, id est
familiae & uxoribus benedicat & beneficia precetur
& praestet, posteaquam benedixerat populo. Et dis-
lecta Michol maledictionem accipit pro benedictio-
ne, quia ex illo genere erat qd' noluit benedictione,
& elongata est ab eo, ut in psal. scribitur. Hinc & il-
lud Christi, Qui se exaltat humiliabitur. &c.

Tabernacul'. Hoc tabernaculum quod à Da-
uide paratū est, non est illud Moysi, quod nunc erat
in excelsa Gabaon cum altari holocaustorum, ut dis-
citur. 1. Paralip. 21. ALLEGORIA. Dauid rex
Christum regem significat, qui ex Iuda ortus, sacra-
dos esse non potuit, attamen sacrificia ei tribuuntur
& benedictiones, ut et sic etiam Christum significet
sacerdotem, qui pro nobis semetipsum semel in cruce
obtulit patri, et benedixit nobis, ablata maledicti-
one aeterna. Is enim est de quo promissum est, In se-
mine tuo &c. Porro quod cibum dat populo, mu-
nus quidem regium est, quemadmodū & Melchizea-
dech panē et uinū protulit Abraham et exercitui eius,
sed tamen & ipsum figuram Christi habet, primum
sacerdotis, dum uerbo Euangelico pascit, deinde rea-
gis, dum & panem & uinū nobis profert sumenda,

id quod certe munus regium est, sed tamen unde agnoscamus sacerdotis illam unicam & semel factam oblationem. Edite enim, inquit, & bibite in mei commemorationem. &c.

CAPVT VII.



Induxerat arcam in Hierusalem, sed indignum iudicabat, ut sine domo maneret siue templo, quæ iam in tētorio tantum habitauit. Sed deus per prophetam respondet se domo nō indigere, id quod & Salomon edificaturus templum agnoscit. 2. Paralip. 2. Si cœli cœlorum. &c. & dominus Esa. ult. dicit, Cœlum mihi sedes est. &c. quam ueritatem non agnoscebāt hypocritæ, qui postea sperabant in uerbis mendacij, dicentes, Templum domini &c. Hiere. 7. Hic ergo Dauid accipit promissionem dei de regno æterno, quod erat ex illo regno temporali proditurum, in quod respiciunt omnes prophetæ, de quo cecinerunt in die palmarum, Benedictum quod uenit regnū patris nostri Dauid.

Vides.] Hoc est humanū argumentum, Ego habito in domo cedrina, & deus in tētorio, deo debetur melior habitatio q̄ homini. Verū istud interim meditabatur primū cor, ego mea quæro, indignū est ut nō potius quærā quæ dei sunt, Mihi ædificaui domū

cedrinā &c. sed nostræ cogitationes nihil sunt apud deum sine dei uerbo. Vides itaq; & in Dauide & in Nathan propheta nostras bonas intētiōes nihil esse, dum non habemus uerbum dei nos præcedens, secundum illud, Lucerna pedibus meis uerbum tuum. &c.

Nunquid. Id est nulli unq; ex iudicibus quos suscitauit populo meo ferè ex omnibus tribubus, præcepi ut ædificaret mihi domū, sicut neq; præcepi tibi. Vides quod deus nihil uult agi sine uerbo suo in cultu suo. Quod uero postea omnia præparat ad templi ædificium, & instruit omnia ministeria, non sine reuelatione posthac secuta facit. Sic enim ait. 1. Paral. 28. Omnia uenerunt scripta manu domini ad me, ut intelligerem uniuersa opera exemplaris.

Ego tuli. Ista cōmemoratione beneficiorū Dauidis fidem excitat, q. d. Ego ab hominibus nihil accipio, omnia uero hominibus præsto, qui exaltaui te, dabo locū certum populo meo & tranquillitatem, & ædificabo domū tuam, non tu meam, id est multiplicabo & confortabo regnū familiæ tuæ. Hactenus incertis sedibus sacrificauerant, nunc dominus locū certum promittit, de quo præceperat Exo. 12. sed certe maiora sunt quæ hic promittuntur, quàm ut in illo populo completa esse dicantur, per ea quæ tunc ad tempus gerebantur, uix quasi per transfennam uidere licebat, quæ adhuc expectabantur. Confirmabatur res

gnū sub Davide, & quadragenaria pax erat sub Salomone, sed nōne longior pax fuerat sub Aioth iudice? Omnia etiam sub Salomone reciderunt, & ipse in insipientiā uersus est, ne putarentur dei promissiones in illo completæ, templū quoq; sæpe prophanatū est, euersum per Chaldaeos, & tandē per Romanos, ut non manserit lapis super lapidem, ne & in ea domo uiderentur dei promissiones completæ. In carnali ergo tūc regno Davidis & Salomonis & edificio templi externi uix figura & umbra uisa est eorum quæ hic promittuntur, quæ in Christi regno completæ sunt, qui ædificat Hierusalem coelestem, templum spiritus, dei ecclesiā (in qua scd'm deum & conscientiam nostram est pax æterna) confirmatus rex æternus, filius dei cum omnibus qui in ipso sunt. Qui peccat certe non in se, quia ipse est iusticia & sapientia dei, sed in filiis, ut hæc dicuntur apertius psal. 88. sed emendatur plagis & cruce & persecutionibus, ut dilectus filius, misericordia autem dei ab eo non auferatur, siue à regno eius in æternum. Quæ cōsolatio est, quod regnum Christi, ne peccans quidem peccat aut perit, emendante patre filium, & non imputante peccatum. Postea uero Dauid accipit reuelationem de templo quoque externo, ut indicat .1. Paral. 28. & de loco templi. 1. Paral. 22. id quod maxime cupiisse scribitur psal. 131. & quod Salomon filius ædificatus

rus sit templum, qui quietissimum sit regnū habiturus, quæ omnia efficiunt, ut in Paralpiomenis David plus tribuat personæ Salomonis quàm par est. Dum enim in nomen, in regiam dignitatem, in templum externū, in quietē temporalem respicit, putat ei etiam conuenire, quæ per Nathan prophetā prædicta sunt. Sic Eua in primo filio putat implendum quod dictum erat, Ipsum cōteret caput tuū. & Abrahā in Isaac quod dictum erat, In semine tuo &c. maxime cum etiam audisset, In Isaac uocabitur tibi semē. Certi erant illi sancti per fidem de dei promissis, sed nonnunq̃ errabant in personis, donec aliud eis reuelaretur. Putabat et hic omnis Israēl, Davidis promissiones in Salomone completas, sed cum Salomone omnibus pereuntibus, ita ut etiam post mortem eius tantū duæ tribus regno Davidis manserint, uiderunt & cognouerūt pij alia expectanda ex dei promissionibus, impij uero senserūt dei promissionē esse mendacem. &c. Non uidebat interim David, quādo ita reliqua omnia per deū conueniebāt Salomoni, quod dictum erat in prophetia Nathan, Cum cōpleti fuerint dies tui &c. non conuenire Salomoni, qui non solum natus, sed etiam rex erat uiuente adhuc Dauide, & præterea subiunxisset Nathan post illa uerba, Ipse edificabit domum nomini meo. &c. in Paralip. Et statuum eum in domo mea & in regno meo usque

in sempiternum, hoc est in domo mea quam ædificabit, habitabit ipse rex in æternum, id quod de templo illo intelligi nequit. Longe igitur aliter sentit postea reuelatione accepta de Christo Christiꝑ regno, & templo uero, ut uides per totum librū psalmoꝝ, uide psal. 71. & psal. 88. de regno Christi, non sub nomine Salomonis, sed Dauid loquitur, & de templo uero dei psal. 131. Quoniā elegit dominus Sion, Hæc requies mea, &c. & alibi, Domine quis habitabit in tabernaculo &c. Item, Quam dilecta &c. Itē, Qui habitat in adiutorio &c. & psal. 30. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ. &c. Vnde de ista reuelatione, qua hic rex factus est propheta, moriturus dicit. 1. Reg. 23. Spiritus domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. Ista qui non attendūt iudæi, in suis fabulis & cogitationibus hærent, dum impleta in illo terreno regno quæ dicuntur, docere non possunt.

Quis ego.] Laudat Dauid immensam dei benignitatē ob promissionem iam factam, ut uideas quā crediderit isti promissioni. Qui enim promittit, etiā dat gratiam ut credas.

Ista lex. Per interrogationem legendum. Ista scilicet est lex hominū domine deus? homines ne ita possunt à te sublimari, qui peccatores sunt & digni supplicio?

Quid ergo. Id est, quid possem ultra hoc rogare à te? Propter uerbum.] Non meritis nostris tribuenda docet beneficia dei, sed uerbo eius, id est promissioni & bonæ uoluntati eius.

Iccirco nomen tuū celebratur, quia propter temet ipsum omnia facis, non propter merita nostra, quæ est gloria dei inter ministros peccatores.

Quæ audiuiimus. Scilicet à te facta propter nos in Aegypto, mari rubro &c. Quæ est.] Hæc dei misericordiā commendant sine operibus & meritis nostris. A facie.] Potius coram facie.

Gente & deo eius. Legendum. Deum autē intelligit uel Pharaonem uel deum alienū Aegyptiorū, quasi diceret, Liberaſti à gente & ab idololatria gentis, qua procul dubio quidam inter gentes polleebantur.

Aduerte in hoc capite, quando dicit, semen Dauidis suscitandum post mortem Dauidis regnaturum in æternum, significari clare mortem Christi & resurrectionem, nam semen Dauidis, id est hominem oportet mori, ut puta, mortali carne, iccirco in æternum regnare non poterit, nisi resuscitetur ad uitam immortalem &c.

Eadem significantur Esa.

9. & Luca. I.



Ic iam acceptis promissionibus regni eterni, confirmatur etiam regnum illud terrenum subiectis Philistiim, Moabit, Idumais, Amonitis, & Syris usq; ad Euphratē. Haftenus Iudaei uexati erant multis malis propter terras à deo promissas, ut impijs posset uideri illusio dei potius fuisse quàm promissio, forti fide hic opus erat, ut in omnibus dei promissis, dum interim apparent omnia diuersa. Hic per Dauidem regē consequuntur omnia, & sub Salomone possidēt quae promissa erant Num. 34. ut ueritas uerbi dei quandoq; uideretur. Postea rursus illa perdunt, ut declaret dominus suas promissiones ad illos solum pertinere qui credunt. Haec significāt clare dilatationem regni Christi in gētes, qui suo Euāgelio incoepit regnare in Iudaea, & dilatauit pomeria regni sui usque ad extremam terrae, Lucā ult. Act. 1. Psal. 18. & 71. Huc pertinet psalmus. 59. cuius titulus apud Hebraeos ex hac historia desumptus est.

Quæris, cur expugnati sint Idumaei, Moabite, Amonite, cum tamē hoc uetuerit dominus, Deut. 2. Respondeo. Fratres dominus seruari uoluit, non hostes, & iudicio dei Amonite etiam nunc hostes fiunt ut pereant, qui haftenus forte pereundi occasionem à tempore Iudicium non dederant, ut infra uides. c. x.

Et mensus & c.] Vt cūq; legeris Hebraica phrasis

significat, uix tertiam partem Moabitarum superstitem mansisse, quæ seruiret Dauidi sub tributo. Sic legas licet, Et percussit quoque Moabitas, ita ut duas partes occideret, & unam partem uitæ seruaret &c.

Syria Damasci est Decapolis, ubi Damascus metropolis est. Soba est Syria decapoli uicina. Quin & Iudæa ipsa scdm topographos ad Syriam pertinet. Hinc præses Syriæ Cyrinus dicitur, Lucæ. 2. Syriam uero remotiorem quæ tendit ad Assyrios, ut Mesopotamiam, Hebræi uocant Aram Naharaim, id est Syriam Mesopotamiam.

Euphraten] secundum promissionem, A flumine magno Euphrate usq; ad mare occidentale, erunt termini uestri. Ista ergo Dauid iure sibi diuino deberi agnouit. In Heb. Claudos fecit omnes currus, id est inutiles fecit, & nulli usui aptos, ne possent ultra progredi in bellum.

Dereliquit] Id est seruauit sibi.

Seruauit] Heb. Adiuuit, ut uideas hoc regnum & istas uictorias esse dei, sed adhuc in militia ne securi simus. Nam postea uidebimus Davidis & peccatum & crucem.

De quo fecit] Ista non hic dicuntur in Heb. sed adiecta sunt in Latinis codicibus ex .i. Paralip. 18. In figuram ecclesiæ Christi, diuitiæ gentium, ligna, artifices, operarij, illud templum ædificant, ut infra

uidebis, hoc est quod & hic infra dicitur Dauid omnia sanctificasse domino, nempe ad futurū tēplum.

Thou.] Iste congaudet Dauidi, figura illorum quā sponte subiiciuntur Christo, & gaudent de uictoria Euangelij, dum interim dominatur in medio inimicorum. Emath autem ciuitas fuit in Syria Damasci, non est autem Emathia quæ Macedonia est.

Casis, scilicet in illo loco, Idumæis.] Hactenus mēdax, iam primū apparet uerbū dei uerax esse, Maior seruiet minori, nunc Esau seruit Iacobo. &c.

Et regnauit.] Curaſſe negocia regni, non in prophanis solum, sed etiam in sacris, significatur.

Crethi & Plethi.] intelligunt sagittarios & balistaros, mihi hoc incertum est.

Sacerdotes.] id est primarij ad latus regis, ut uides I. Paralip. 18. Ex Iuda enim sacerdotes esse non potuerunt. &c.

CAPVT IX

Istud caput interſeritur Dauidis uictorijs, ut uideas ueritatem eius toties Ionathæ & promiſſā & iuratā, scilicet quod bene facturus eſſet domui Ionathæ &c. Sicut enim Saul toties ſcribitur promiſſæ fidei & iuratæ uiolator, ita ſeruator Dauid ſcribitur. Vbi enim fides in deū pijs, nō mirū ſi illic nihil fidei proximo præſtetur. Ex illa

radice hunc fructum prouenire necesse est. Hinc misericordiā dei uocat hoc loco Dauid, beneficiū propter deum proximo impensum, quod si non praestares, agnoscis te agere contra deum. &c.

Ne timeas. Consolatur eum, ne quid sibi mali intentari timeat propter Saulis iniquitatē. Fuit itaq; hoc uerbum à rege prolatū, non minus necessariū mi sero, quā beneficiū prestitū. Agros, familiā, seruos, ancillas ei dat, & ad mensam suam collocat, ut regis filius agnoscatur &c.

Claudus utroq; pede. Hoc toties scribitur, ut uideas iudiciū dei contra domum Saulis. Nihil in ea relictum est, quod uel in speciem regem prestare potuisset.

CAPVT X.



Iste Nahas est contra quem per deū egerat Saul. I. Reg. II. sed beneficio obstrinxerat Dauidem exulem, id quod in historia non legimus, ut uideas plura passum Dauidē, q̄ quæ scripta sunt. Itaq; & hæc pertinet ad ea quæ supra diximus. Misericordiā siue beneficium reddere uult etiā meritis gētibus, q̄ Ionathæ non erat oblitus, sed illæ iudicio dei occulto p̄ istā Dauidis bonā uoluntatē pereūt, & ex amico hostē p̄ deū faciūt, multosq; alios secū in interitiū pertrahūt, deo uolēte.

Sic &

Sic & supra cap. 5. iudicio dei, Philistim, apud quos David beneficium acceperat, irruunt in Israëlem, contra Davidis regnū, ut pereant. Diximus de Amonitis supra cap. 8. [Rasit.] Ista erat ignominia Iudeis, prohibuerat enim lex Leuit. 19. quin & ignominiam fuisse gentibus hoc opprobrium satis declarat.

Roob, Saba &c. Regiões sunt illic Syrorū uel ciuitates. Verum in Heb. dicitur Syros domus Rehob. Rehob fuerat pater Adadexer, supra cap. 8.

In omnibus his uidere licet iudicia dei in illos qui perire debent, & ueritatem & misericordiam dei confirmantis suū uerbū patribus promissum & seorsum Dauidi, ut non dubitetur unquam defuturus suis qui istis inijs hoc regnum iuuerit.

CAPVT XI.

Rex ille electus à deo, fortis in quosuis aduersarios, tantis tentationibus ad regnū euectus, qui præterea promissionē habet regni æterni, iam, dum extra militiam se cure agit, subditis sibi undiquaq; gētibus, in crassissima labitur & adulterij & homicidij peccata, atq; adeo turpiter, ut nihil ne caro quidē inuenire possit quod uel in speciem huic impietati prætendatur. Qua enim specie excusare poteris impietatē cordis eius, ubi ita agit cum Vria optimo uiro, & tandem morti eum obij

cit & propter eum alios, tantū ut post adulterium uideret infamiam? tantum absuit ut peteret ex deo ueniam. Hic ergo iacet tantus uir, impius iam in deū & iniustus in proximum, nec id uulgari hominum more. Quid enim iniquius in proximum fieri potuisset quā post uitiatam, coniugem etiam occidere? Quid magis impium in deum quā ubi petenda uenia est, addere peccata, & propter honorem tuum conseruandū curare in deum blasphemiam? quemadmodū & propheta cap. sequenti dicit, Blasphemare fecisti inimicos nomen domini propter rem hanc. Nec tamen statim Dauid ab ista impietate respuit, sed perdurauit ad longum tempus, nempe usq; post natum puerum ex isto adulterio, ut historia indicat, quādo increpatus dixit ex corde, Peccaui. Hinc uidere licet quæ sint fictæ illæ poenitentie nostrorum & confessiones. Nam interim quomodo potuit tantus uir ignorare se peccasse, aut tam crassa uitia, ut sunt adulterium & homicidium nō esse peccata, quæ etiam non ignorant Turcæ? et tamen hic uides non agnouisse peccatum, Non enim lex ei reuelabatur interea, ut intelligere posset impietatem peccati, & conscientia iudicio dei terreretur. Tamen opinionē proculdubio habebat q. deus est misericors, & pro peccato secundū legem sacrificabat, ieiunabat cū alijs, festa celebrabat, quasi iam deus peccati oblitus esset & impietatem cordis eius non uideret, sed omnia hys

peccatū esse sequentia declarant, omnia enim agit ut
 peccatū maneat occultum, utcūq; deo displiceat. Hæc
 autem scripta sunt propter nos qui sumus in regno
 Dauidis, ne unq̄ secari simus quasi iam peruicerimus.
 Non est enim nobis colluctatio &c. Ephe. 6. Et quicq̄
 est in mundo, est concupiscentia carnis, cōcupiscentia
 oculorum & superbia uitæ, Non dormit noster aduer
 sarius, sed circūit tanq̄ leo rugiens &c. cui resistendū
 forti fide, forti fide præditus esse non potes nisi iugiter
 deū inuoces, eius enim illa donū est & uirtus, Deinde
 ne desperemus si nobis contingant graues ruine postq̄
 suscepti sumus à deo, ut sciamus q̄ sicut nostra iustitia
 nos saluare non potest, ita peccatū quod conscientias
 nostras præmit nos dānare nō possit, quandoquidē no
 stra iustitia deus est per Christū, modo hoc credamus.
 Et ut ista exēpla nobis essent efficacia maximis sanctis
 ista contigerunt. Sanctificata &c.

Id est, cessauerūt menstrua illa scēminarū, id quod est
 signum foēminas concepisse.

Dormiuit Vrias.

Id animi dedit Vrie deus, ut hic augetetur Dauidis im
 pletas &c. Arca dei. Vides ex profelytis fu
 isse optimū uirum & pium. [Ponite Vriam.]

Alios quoq; innocētes morti obijcit Dauid ut innocēs
 Vrias intereat. [Posuit Vriam.] Sic & Iezraēlitæ
 faciunt quod iusserat impijssima Iezabel. 3. Reg. 21.

Exemplum illorū qui neq; deum neq; homines ueritē sentiunt quid uis agendū, ut non perdant principis aut dominorū gratiam. Impietas Ioab ubiq; describitur et tamen optimus coram hominibus dux erat & strenue omnia agebat. Ideo postea scriptura eum in catalogo fortium David non nominat, sed potius David mandat moriturus contra eum iudiciū, & à Salomone occiditur. [Abimelech.] lege Iudicum. 9.

Difficuit] uerbum, id est, factum &c. Difficue- rat domino semper hoc factum, sed iam hoc primum scriptura more suo dicit, quando deus uult iram suam & peccatum reuelare, ut ipse quoq; homo in conscien- tia sua sentiat peccatum deo displicere, quemadmo- dum hic facit per Nathan, & aliās per præcones uer- bi sui prædicata lege.

CAPVT XII.



Similitudine proposita, Nathan à Davide extorquet sententiam proprio ore se con- demnantem. Et statim prædicatione legis condemnat Dauidem, sed ex animo resipiscientem ab- soluit euangelio, dicens, Dominus abstulit peccatū tu- um, nō morieris. Habes itaq; hic insigne exemplū de ui- legis & euangelij, de quo in locis suis Philippus noster.

Duo uiri, Sunt David & Urias, ille habet oues & boues plurimas, id est multas uxores, hic unam

quem, id est uxorem, dilectam, Peregrinum licet acci-
pere concupiscentiam carnis in Dauide, cui remediū
secundū deum querendū erat in proprijs uxoribus,
ut Dauid neglectis multis proprijs, unam pauperis ra-
puit etc. [Iratus.] Nimum suo se gladio

iugulat, Vide quæso ab initio huius peccati, quā in om-
nibus aggrauetur, ut postea agnito eo grauius con-
funderetur Dauid, et magis dei cōmendaretur mise-
ricordia.

[Filius mortis,] Id est, mori debet
propter hanc tam insignem iniquitatem, et præterea
ex bonis eius reddetur quadruplum secundum legem

Tu es ille. Ista legis uerba occidūt (Exo. 22:
Dauidem, id quod est legis opus.

Ego unxi.

Si uir mortis est qui aufert alienum à quocunq; homi-
ne, quanto magis tu qui ista facis in deū, qui præ ceteris
te exaltauit? Quis unquā seruorum grauiori pro-
ditione potuit peccare in dominū suum atq; tu in deū?

Quare contempsisti.

Vides radicem peccati esse, contemnere primum uer-
bum domini. [Domū domini tui], id est dei,
et uxores eius. Domini enim sunt omnia. Similis locus
Gen. 19. Dominus pluit à domino etc.

Non recedet.] Completum hoc est in regno illo
carnali, donec omnia interierint, uide historiam. Nam
aliud regnum quod non est peccati regnum, ex illo car-

nali regno parabatur, confirmandum filio Davidis, id est Christo, ut supra dictum cap. 7.

Ego suscitabo.

Vide historiam Absolonis, Adoniae, Ammonis filiorum David, & stupratas concubinas, & praeterea mortuus est filius iste ex Bathseba, De quibus quatuor filijs intelligunt q. David in eis perditis reddiderit quadruplum secundum oris sui sententiam. ego autem hoc refero ad omnia quae postea David passus est, Ceterum sententia mortis aufertur à Davide quam contra se tulerat, dicens, Vir mortis est &c. quando ait propheta, Non morieris. Nam illam plus timuit. A morte deus liberat sed cruce nos praemit in salutem nostram, quemadmodum Adā & Euam cruce imposita pressit, & redemptionem à morte promisit, dicens, Ipsum conteret caput tuum, ceterum, In sudore &c. Verum ista Davidis crux non liberabat à peccato quod iam donatum erat, non magis quam illa crux quam sub Saule sustinebat, quando adhuc non peccauerat, sicut neq. crux Adā & Euae à peccato liberauit, ut non hinc confirmant suas satisfactiones, Istis malis libenter David caruisset, non erant electicia opera aut passioncs, sed crux erat à deo imposita, ideo patienter tulit, ut infra uides cap. 15.

Deprecatus.

Quia grauiora, id est, mortis sententiam dominus abstulerat, sperabat & minora, id est, crucem cum si ro-

garetur ablaturum, si forte non esset definita sententia, quemadmodum de Niniuitis legitur, sed uisa domini uoluntate mortuo paruulo, amplectitur domini sententiam & hilaris incedit, gaudens q̄ a mala conscientia sit liberatus. Ad eandem quoq; conscientiam liberatam pertinet, q̄ cōsolatur uxorem super morte filij, forte etiā super conscientia adulterij, & dominus benedicit coniugio dando eum quem dilexit salomonem. Hic iam restitutus est Dauid, iustus & sanctus ut ante, ita ut posthac conscientiam non habuerit peccati coram deo. i. nihil dānationis inde ueritus sit, id quod efficit uera remissio peccatorū ubi fide iustificaris.

Domínus dilexit eum,

Id est, ex donis quibus donauit eū dominus, uisus est a domino diligi, erat enī adolescens formosus, integer, robustus, sapiens, pius, ut nihil in eo posset desiderari.

Igitur. Post interpositā historiam peccati Dauidis, reuertitur ad historiam expugnationis Amonitarum, Ioab optimus corā hominibus princeps, ut supra diximus, etiam id facit quod fidelem ducem decet, & gloriam uictoriæ non uult esse suam, in hoc gratificari uolens suo regi. Quod autem adeo crudeliter Dauid uindicat in Amonitas, signum est, q̄ non solum peccarint in Dauidis regnum per ignominiam seruis irrogatam, & per congregationem exercitus exterorum ut exercitum Israël is opprimerent, sed etiā horrenda

blasphemia in deū Israël, quemadmodū supra propheta dixit, Blasphemare fecisti inimicos nomen domini.

Et tulit. Allegoria. Christus rex Iudeorum, gentium regnū occupat, quemadmodū in parabola euangelica dicitur, Abijt in regionem longinquā accipere sibi regnum. Crudelis uero Iudex erit blasphemantiū huius regni sceptrum, id est, sacrum euangelium, quemadmodū & ibidem dicitur. Inimicos meos qui noluerunt me regnare super se adducite huc & interficite coram me. Traduxit in typo laterū. Heb. Combussit in forma cibus laterum.

CAPVT XIII.



B hoc loco usq; ad cap. 19. uides Dauidi suscitari malum ex domo ipsius, quemadmodū prædixerat Nathan propheta. Amnon stuprat sororem, & ideo eum occidit frater Absolon, Hic autem receptus in gratiā patrem regno eijcit, uxores patris uiolat, & insana temeritate perit. Ita uerbum dei de cruce Dauidis uerū fit, nec tamen minus, in istis tentationibus imò etiā peccatis, seruatur ipse, & stat apud deū firma promissio, Diligentibus enim deum oīa cooperātur in bonū &c. Nimum hic in Dauide tentabatur fides promissionis de confirmando in æternum regno, Sua peccata eum undiq; impugnāt, semen regium & iniquitate coram

deo & interitu corā hominibus perit, & eiectus ē regno dicit, Si dixerit mihi non places pręsto sum. Vbi nunc illa de æterno regno promissio? quin & redactus uidet à se separari Israëlem, ut legis ca. 20. Itaq; ut militię regnum est Dauidis & Christi in terris, ita est & tentationibus & fidei periculis plenum, ut non frustra monuerit Christus esse uigilandū. Omnia enim peccata in quę incidimus, omnes tentationes quę intus & foris accidunt, hoc unum agunt ut fidem in promissiones dei auferant à nobis. Orandum igitur ne intremus in tentationem. Nemo fortiter stabit, nisi qui diffidens de suis uiribus dei manum iugiter inuocauerit adiutricem. Habes itaq; quę reliqua fuerit uita Dauidis, quę proculdubio propter nos scripta sunt.

Præter hoc q̄ ista docent ueritatem uerbi dei per Nathan prophetam prædicti, ut diximus. Hęc exempla primum indicant quę sit impietas cordis humani, quę data occasione se prodit, non enim potest perpetua hypocrisis latere, cum & in sanctis sese sæpe prodāt quod in carne reliquum est peccatum. Deinde liberum arbitrium in affectibus cordis esse nullum. Vt enim Ammon impium non potest ponere amorem, ita Absalom per duos annos impiū odium. Præterea monemur nulli confidere, quandoquidem non est soror à fratre neq; frater à fratre tutus. Homines & fallunt & falluntur. Scriptura uult, ut fidas uno deo, ceteris

maledictum dicit qui confidit in homine &c. Homines amare & eis benefacere oportet, ceterum uide cui credas, hæc exempla ut non frustra facta, ita non frustra scripta sunt. Neque scemini negligendum esset, si quid hæc apud quasdam ualerent, quod Thamar uitata eijcitur. Quæ enim malo cociliantur amore quomodo cohærebunt? Fit & hoc in alijs impie coeptis, nisi deus mirus artifex ex stercore quandoque faciat aurum, ex peccato iustitiam, ut in electis quibus omnia cooperantur in bonum.

Ionadab. Et hic exemplum est prudentiæ carnis. Prudens enim non est secundum deum, quemadmodum & ca. sequenti uides de Ioab.

Non negabit. Siue ita senserit, siue fallendo uoluerit effugere manus fratris, nihil nostra refert, prohibitum certe est, Leuit. 20.

Contristatus est ualde,

Sed quare non occidit filium? Respondeo, si hoc donauit amor filij, peccauit Dauid in legem. Aut non ausus fuit timore dei hoc stuprum morte punire, cui iam à deo insigne donatum erat adulterium & homicidium. Aut certe occultum non debuit prodere scelus, non tam propter Amnonem qui meruerat mortem, quam propter Thamar quæ inuita perpeffa erat ignominiam. Idcirco post persequitur Absalonem fratricidam, cuius scelerus iam toti Israël erat manifestum.

Tonderentur. In tonsione ouium celebrata cō-
uiuia & historia Iudæ docet, Gen. 38.

Obseruate.] Stupra & adulteria grauitè puni-
ta esse, historiæ sacræ passim habent, satis fuerit uel dē
luuium intueri uel Sodomorum interitum.

Omnes filios.

Hoc uulnus oportuit sustinere Dauidē in corde, quod
filijs non erat inflictum. Agnouit hic Dauid sententi-
am cōtra se dei, nec omittit persequi homicidam quē
lege occidere debuit.

Ionadab.] Ista prudentia iam adulatur regi, nec
uult uideri se fuisse à consilijs in scelere Amnon.

Gessur.] In Syria gentium est.

Consolatus] temporis scilicet longitudine.

CAPVT XIII.



Vides q̄ filij huius seculi prudentiores
sunt filijs lucis in generatione sua. Ioab
prudenti certe consilio cōciliat Absalo-
nem patri, bene uolēs Absaloni, nec mi-
nus consulere in hoc uolens Dauidi, & simul apud
utrūq; inire gratiā, dū patri filiū, & hunc illi reddit.
Atq; pro Dauidē hoc eū uoluisse sequens historia de-
clarat, ubi Absalonē à crine pēdentē hasta transfodit.
Verum q̄ male istud consilium cessit, ita ferè cedūt oīa

impiorum consilia, non enim, quemadmodum scriptura dicit, os domini interrogant, non committunt deo ex animo causam, sed quod eis consultum uidetur hoc agrediuntur, ut faciant quod manus & consilium domini decreuerunt, non quod ipsi statuerunt, ut scribitur Act. 4. In agro. q. d. In ciuitate forte ab alijs prohibiti fuissent, & præterea nullus testis adfuit qui possit testificari secundum legem, q. frater mortuus non intulerit uim huic uiuenti, uidetur defendisse uitam & mori non debet etc.

Hæredem. ut & ego peream dum post uirum etiam filij omnes ceciderint, Imò ut etiã defuncti mariti nomen pereat, dum non est filius qui suscitaret post eum semen, id quod tunc miserandum erat nimis secundum legem, ut etiam fratrem superstitem oportuerit suscitare semen fratri defuncto ex defuncti uxore, Et de reprobis dicitur. In generatione una deleatur nomen eius etc. [In me sit iniquitas,] id est, ego fraram coram deo peccatum, non rex, si quid hic in legem peccatur ignoscendo. Charitas enim dispensare solet, maxime cum sit dubium an peccarit occisor.

Viuit.] Hucusq; urget regem ut extorqueat hoc iuramentum ex compassione & charitate in uiduam iuratum, quo fortius teneat regem.

Quare.] Ad rem accedit post personatū luctū etc.
Omnes morimur.

Gnome, qua ostendit non opus esse ut queratur homines ad mortem, qui sua sponte pereunt, & praeterea non agendum lege post longam poenitentiam, quando & deus poenitentes suscipit & in aeternum non abiecit &c.

Et audiuit.

Diligenter inculcat regem pronunciaffe, ne retractet sententiam.

Dixit, id est, sic cogitauit & desiderauit coram deo, ut placidum fieret regis responsum, quemadmodum sacrificium gratum deo in odorem, ut lex dicit, suauitatis, quia sicut ad uultum angeli trepidabam ad te accedere, quemadmodum & Iacob ad Esau dixit.

Vt haec.] qui & bona & mala libenter soles audire ut iudices. Iniustus est iudex qui solum uult audire placentia. Facile uides ex his uerbis quam prudens mulier fuerit.

Manus] id est, consilium & adiutorium. Sensit enim id quod res erat.

Per salutem.

Id est, per uitam & felicitatem tuam o rex. Homines per maiorem se iurant, ut dicit epist. ad Heb.

Nec ad] Id est, quod dicunt, Acum tetigisti.

Hodie intellexit.

Sperabat hanc gratiam perpetuam fore & non iam amplius regem recordaturum iniquitatis eius, sed frustra &c.

Faciem meam.

Ne uideretur Dauid approbare quod fecerat Absolon.

Porro.] Delectatur scriptura ista scribere, ut ubique

nobis prodat hypocrisim humanā. Coram hominibus nihil est quod reprehendi possit in Absolone, ut nec in Saule uel Ioab. quæ tamen impietas ista specie tegitur sequentia declarant. Et penè miraculum pulchritudinis describitur in crinibus, quæ est fragilissima & uanissima hominis pars imò ne pars quidem, ut uideas aptissime hypocrisim in re uana & nihili gloriari, atq; adeo quæ non solū non iuuat sed etiam perdit animas, quemadmodū infra legis Absolonem à crine pendere, & gloriam eius uersam in confusionem & mortem. Quid hic profuit ista gloria pulchritudinis quæ antea tanti ponderis erat? nonne caluicium melius fuisset? Itaq; adagio usurpemus, ut quicquid gloriæ quicquid sanctæ speciei in carne uiderimus, id est, omnem hypocrisim & in quo confidunt homines, uocemus, crinem Absolonis &c.

Diuersum autē est quod de Samsonē legis. Is enim in crinibus habet fortitudinem, sed hæc non erat mundo conspicua, quia dei erat, cuius uirtus in infirmitate sanctorum latet &c.

Nati. Patrem pulchritudine carnis referebant filij, sed de quibus nihil postea legis. Perijt enim filiorum gloria cum gloria patris, quemadmodū hypocritarum regno fieri solet.

Noluit. Forte quia uidit regem abstinere à conspectu Absolonis.

Scitis agrum.

Astutum hoc est Absalonis factum, ut uel damno con-
gat amicum uenire &c.

Quod si memor.

Mentitur prudentia carnis, ut ista rhetoricatione per-
suadeat Dauidi ut in gratiam recipiat, quo liberius
postea sue seruiat ambitioni &c.

CAPVT XV.

Sicut per Saulē, qui beneficia Dauid sen-
serat, agitur ne Dauid fiat rex, ita per Ab-
salonem proprium filium agitur ne ma-
neat rex. Et utraq; insania non uidet sibi
negocium esse potius cū deo quā cum Dauide, Deus
enim uult hunc esse regem, illi nolūt, alter ne amittat,
alter ne nō occupet regnū. Non mirum ergo si pereūt,
dei enī uolūtati quis resistet? secundū illud psal. Domi-
nus dissipat cōsilia principū &c. Promissio dei est, Fir-
mabo regnum tuum in eternū, Et requiem dabo tibi
ab omnibus inimicis tuis. Sed crux interim erat seren-
da, quam cōminatus erat, Suscitabo, inquiēs, tibi malitē
de domo tua. Vt fides qua credebat promissioni dei
probaretur. Quid enim hic non patiebatur fides illa,
dū sic quicquid promissum est una hora simul auferri
uidebatur? Dominus igitur est qui deducit ad infros
& reducit, ad desperationem adigit & glorificat.

Currus &c.] Ista fecit ut filius regis, & tamē alia
ad habebat in animo, nempe ut magnifieret in popu-
lo, & postea data occasione ad defectionem populum
solicicaret. Et mane.] Nihil negligit ista impia hy-
pocrisis, ut consequatur quod uelit, uel occiso patre,
si aliter fieri nequeat.

Quis me &c.] Optantis oratio est in scripturis,
q. d. Vtinam ego constituerer &c. ut & in psal. Quis
dabit ex Sion salutare Israël? Solicitabat.] ele-
ganter ex Heb. furabatur. Id enim faciunt deceptores
hypocritæ, ut bona specie & iustitiæ colore auferant
nobis ignorantibus corda nostra, ut decepti sentiamus
pro eis. Post quadraginta annos.
Scilicet regni Iudæorum à prima unctione Davidis,
quemadmodū uulgo interpretantur, quibus non con-
uenire uidetur, ut de annis Absalonis intelligatur, qui
natus est Davidi in Hebron, & David quadraginta
tantū annis regnavit &c. [Vadam.] Mentitur sa-
crificium & uotum, dum hypocrisi & fraude quærit
regnum. Exploratores, id est nuncios & uo-
luntatis eius significatores. Regnavit] Id est, rex
factus est, quemadmodū in psalmis, Dominus regna-
uit, id est, regnum accepit.

Porro. Hoc ad astutiam carnis & huius hypo-
criteos attinet, ut seducantur corda simpliciū, & igno-
rent quid mali agatur sub specie bona etiā illi qui ne-
gocio

gotio fauent quasi iusto, dum nihil mali suspicantur.

Achitophel. Iste adeo prudens fuit secundum sapientiam carnis, ut infra huius consilium non nihil timere uideas ipsum etiam Dauidem.

Victimas.] Sub specie cultus dei, uides quid contra deum tentetur per huius Absalonis hypocrisim, Quemadmodum nunc sacris omnibus abutuntur, ut consulant suæ ambitioni, & ubi quid contra euangelium statuendum est missa canitur de sancto spiritu &c.

Fugiamus.] Cedit Dauid presenti furori, nec armata manu uult se defendere, committens rem deo, ne propter se omnem populum Israël in periculum adducat, Vide psal. 7. qui Dauidi fugienti & maledictiones Semei audienti inscribitur.

Pedibus.] Aliud enim properantibus non licebat.

Et reliquit.

Dauid per hoc domui suæ consultum iudicabat, sed iudicio dei hoc factum est, ut uerum fieret uerbum prophetae, Tollam uxores tuas &c.

De Crethi & Plethi] supra diximus.

Getheos,] Profelytas ex gentibus dicit, nisi illos accipias Iudæos qui cum Dauid in Geth palestinorum fuerant, qui sexcenti fuisse leguntur, ut appellationem inde acceperint, & illic cum Dauid morati sint.

Ethai.] Hunc esse profelytū qui breui Iudæis accesserit quis ex textu non uidet? Vnde & alios Gethæ

os proselytos fuisse puto. Fidelitas autē huius Gethai describitur ut amplius Absalonis & Israëlitarum infidelitas uideatur. Alienus sequitur Dauidem electū, propriū regnantem eijciunt, quemadmodum & Christum uidemus à Iudæis abiectum, à gentibus susceptum. Ioan. 1. In propria uenit &c.

Venit Sadoch.

Arca cum sacerdotio solebat educi ut inuocatione dei uincerent aduersarios, sed hoc ipsum postea prohibuit Dauid. 1. Para. 23. & post eum Iosias. 2. Para. 35. sentientes sacramenta dei non sic eijcienda, ut olim quando Philistæi capiebāt arcam, ne quando fieret plaga quæ Bethsamitis contigerat & Osæ, & deum sola fide inuocari posse sine arca &c.

Si inuenero.

Hæc est plena nostri mortificatio ita nos resignare manibus dei &c. Atq; hoc agit istis tentationibus benigna patris manus, ut ad hunc sensum nos perducatur. Postea non potest perire ne capillus quidem capitis nostri, quia omnia resignauimus illi ex cuius manu nemo rapere potest.

O uidens. Videntē siue prophetā uocat, ut supra dictū. 1. Reg. 9. Achimaas & Ionathan filij sacerdotū internūcij sunt Dauidis nūciantes quid agatur in ciuitate Hierusalem, ut postea leges.

Achitophelis Consilium timet, quia prudentissimus erat & maximæ autoritatis, ut sequenti cap.

nides. Exauditā hanc orationem sequens historia insigniter declarat. Atq; huc pertinet, q; deus statim Dauidi offert Chisai non solum prudentem sed & pium uirū, nec minus potentem apud Israēlitas, cuius opera Achitophelis consilium dissipatum est &c.

ALLEGORIA. Saul ueritatis regnum non admittit, Absalon uastare nititur. Ita semper in populo Iudeorum imō & ante, hypocritæ qui sancta iustitiæ specie decipiunt populū & sua quærunt, regnum ueritatis dei oderūt. Hinc & multa passi sunt sancti patres & prophetæ. Nec aliter hodie cum euangelio agūt decepti & excacati & alios decipientes, ut simul in foueam perditionis æternæ ruant, nisi deus audiat hanc orationem Dauidis. i. piorum, Psal. 7. Exurge domine in ira tua &c. & synagoga populorū circumdabit te, & propter hanc in altum regredere &c. Quam uero prom sint hoies ad hypocritarū mendacia, quia pietatem promittunt, quis nō uidet uel in hac historia? Oīs accurrunt, & cōtra dei principē. i. ueritatis professorem statim conspirant, quē antea sequebātur. Hi sunt qui ad tempus credūt, & in tempore tentationis recedunt, atq; adeo etiā persequūtur & dānant. Nunq̄ enī uere crediderunt, sed mouētur omni uento doctrinæ &c. Verū quibusdā ista tentatio & error ad tēpus ita accidit in salutē, ut Dauidi persecutio & peccatū. Mirabilis est deus, nos nihil præscribere possumus. Fit enim

ut agnito post errore magis agnoscant dei benignitatem. Præterea & Christi persona in Dauide significata est, quæ Iudæi noluerunt regnare super se licet constitutum regem à deo, sed extra Hierusalē eijcientes crucifixerūt, ut ita uolente deo fieret rex & Iudæorū & gentium. Daud ne in hac morte quidem qua nunc tenebatur perit, in feros hic illi fuisse quis dubitat? Ita & Christus per mortem & inferos transiuit ad regnum æternum, Vnde & hic ipsa loca conueniunt historiæ Christi, Daud egreditur ex Hierusalem (ut Christus post ultimam cœnam) trans torrentem Cedron, tristis & flens in montem oliuarū, ut oret &c.

CAPVT XVI.



Ria hic dicuntur. Mendacium Siba, Maledictio Semæi, Illo decipitur Daud, in hac seruat innocentiam, ut uideas manifestum inimicum non tam esse timendum ac adulatorem & amicitie specie fallentem. In altero ergo peccat Daud stulte credens mentienti, In altero summæ innocentie & pietatis edidit exemplū. Tertium est turpe Achitophelis consilium, de quo infra dicemus.

Remansit.

Adeo uerisimiliter mentiebatur Siba, ut etiam infra cap. 19. non potuerit Daud à sententia se temperare, licet remiserit aliquid, nempe ut diuiderent dominus

et seruus possessionem suae agros. Nō ergo dicas sanctos errare non posse. [Bahurim.] supra. 3. cap.

Semxi. Vides quae odia seruet domus Saul contra domum Dauidis. Hypocritae uide compesci foris possunt, intus tamen furunt odio in eum quem dominus elegerit, uellent ipsi obtinere regnum etiam contra deum si liceret, et cum istis odijs ardeant, tamen alios uiros sanguinū uocant, quasi qui non aliorum salutem sed perditionem querant, Ista odia non putant esse homicidia, quā nihil negligit illorū quae facere potest iste Semei, tam nihil negligunt et hodie hypocritae ex regno Saulis, facturi libenter plura si possent. Quid queso peccarat Dauid in Saulis domum, nisi quod deus eum uoluit regem? culpa ergo dei erat, contra quem iam excacatus Semei loquebatur non contra Dauidem. Et dedit, inquit, dominus regnum etc. Ex praesenti casu iudicat impietas et fallitur. Sic et amici Iob ex miseria iudicabant impietatem, dum non uident quod deus cruce suos glorificat.

Quid mihi.

Carnis consilia respuit et uindictam non uult, ubi agnoscit in cruce sibi hoc malum suscitari à domino, sed mortificata uoluntate sua totum se illi permittit à quo percutitur, id quod est opus magnae fidei, Contra de impijs dicit Esaias, populus non est reuersus ad percutientem se. Tamen moriturus Dauid mandat iustis

iudicium contra Semei. Hic Abisai postea inter fortes David numeratur, non tamē, ut supra diximus, frater eius Ioab. Dominus enim.

Tunc pacienter mala ferimus, & nō respicimus quid nobis à malignis intentetur, dum agnoscimus à deo ut patre nostro nobis talia & nō à creaturis fieri, quem admodum Iob qui dixit, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est &c.

Ecce] filius qui amare secundum naturam etiam debuit. [Filius Iemini] qui non potest nō odisse quia est ex stirpe Saulis. [Venit] scz Bahurim.

Absalon autem.] Repetit quod in fine superioris capitis dixerat, ut addat, & dicat ut in Hierusalē res acta sit. [Hæc est.] Blanda est & amica ironia,

tu scz ita astas Dauidi amico tuo, ut mihi preceris scz Ingredere. Hoc est consiliū Achiz (lutem? tophel, Non est uerisimile Israëli q. quæras mortē patris tui, iccirco Israëlitæ non nihil uerentur facere ali quid in patrem, ne & in te filiū peccent, Tantummodo enim uideris affectare regnū nisi aliquo manifesto signo declares te pessime uelle patri, Non erit autē signum cōmodius quā ut maxime uioles uxores patris tui quas reliquit, tunc omnis intelligent te non uelle eum uiuere cuius thorum uiolaris. Hæc scilicet est prudentia carnis, ubi nihil pensi habetur deus aut homines, dum quærit sua caro impia, Et tamen ista consilia

ut dei suscipiuntur, imò loco consiliorũ dei, ut non admireris nos excæcatos suscepisse doctrinas demoniorũ. 1. Timo. 4. Sed istis initijs oportuit infatuari à deo consiliũ Achitophel, & inaugurari regnum impietatis. Nec meliora uides in regno hodie pharisaico, ubi regnat Absalon eiecto Dauide, id est, Christo cum suo euangelio, & tamen iste Absalon gloriatur se filiũ regis, cui regnum iure debeat loco Davidis, quemadmodũ hodie se solos iactitant Christianos & sedere in loco Christi, qui contra dominũ & Christum eius conspirauerũt, ut dicitur Psal. 2. Porro dominus per istos impios nebulones compleuit uerbum suum quod locutus fuerat per Nathan &c.

CAPVT XVII.



Hoc caput nihil aliud docet quàm consiliũ Achitophel domini uoluntate dissipatum, ut Dauid seruaretur & malis ueniret super Absolonem. Hic maxime uides illud, quod dicitur, Malum consiliũ consultiore pessimum.

Vr̃sa.] Vr̃sam scire raptis catulis etiam illud indicat Prouerb. 17. Expedit &c. *vr̃sa autem super fr̃id.*
 Congregetur. Speciem exhibet quasi boni consilij, cum tamẽ nihil aliud agat quàm ne hac nocte lassus Dauid obruatur. *fr̃id. in*

Sicut ros.] qui omnia circumquaq; humectat.

Transgredere.] scilicet Iordanē, ut infra uidēs.

Rogel] Nomen fontis erat extra Hierusalem.

Non enim.] Sic lege. Timebant enim uideri aut introire ciuitatem, scilicet Hierusalem, Idcirco scilicet foris stabant &c.

Vidit autem.

Hæc erat tentatio non solum inimicorū sed & omnium bonorū uirorū qui miserant eos, rursum consolatio q̃ dominus data bona occasione fecerit seruos Absalon.

Transierunt.] Heb. Transierunt aquulam hanc.

Porro Achitopel.

Prudens uir erat, cœpit reputare sic, Absalon non me audiit, & seruabitur Dauid contra quē ego egi, miserimus ero uirorū. Et ut maxime seruetur Absalon, qui ferre potero q̃ cōsiliū meū despicitur, quod hætenus ut dei susceptū est, & æmulus meus præ me auditur? melius erit mihi uitam amittere, quā uidere me contemptū, aut aliquo in sapiētia & prudentia inferiōrē, uale uita, quando uideo alium mihi præferri. Sic perit ille sua prudentia quam uel finis stultitiam declarat. Quemadmodū autem perit Achitophel proditor Dauidis, ita & perit Iudas proditor Christi, uterq; sua quæsiuit cōtra Dauidis regnum, & laqueum inuenit, nec minus desperatione peribunt, ubi eorum insipientia declarata mundo fuerit, qui pharisaicis traditionibus suæ ambitioni & lucro consulentes contra Christi

sti euangelium conspirauerunt, Dominus infatuabit consilia eorum &c. In castra.

Nomē Hebraicum relinquendū erat, In Machanaim, quæ est ciuitas, Iosue. 21. Alioqui sequētia nō intelliges.

Amasa autem erat.

Hoc interseritur ut uideas quid ueræ causæ habeat Ioab occidendi Amasam infra cap. 20. licet & alia quoq; sit, sed non adeo turpis, quā non potest suæ impietati prætere Ioab infra cap. 19.

Cumq; ut supra prouidentia dei erga Dauid proditione consiliorum Absalonis & dissipatione descripta est, ita & hic ciborum & necessariorū amministratione. Quis enim in talibus tentationibus subsisteret, nisi subinde suam pater erga nos prouidentiam uel obscurissime declararet? quid enim clare, licet clarissimum, uidere licet in obscuro tentationis?

CAPVT XVIII.

PErit Absalon cum multis hypocrisi eius deceptis ubi Dauidem quærit ad mortem, ut ipse regnet, & à crine pendet, ut ista pulchritudine & specie perijsse uideas quæ supra ad miraculum usq; descripta est, quæ quid erat nisi crines, id est uanitas? Ad hoc quoq; pertinet uanus titulus nō ab alijs, sed ab ipso sibi erectus, ut uanum nomen obtineat dum hæredes filios non ha-

bet. Sic perierunt & Iudæi Christum regnare nolentes, qui specie & hypocrisi operum legis gloriantes, præter nomen sanctitatis nihil habet pietatis, atq; ista hypocrisi excæcati pereunt. Sic & sit omnibus euangelij aduersarijs, qui quid hodie habent præter speciem pietatis & uanos titulos? & his ipsis excæcati suæ pereunt ambitione & hypocrisi, & Christus sedet super regnum eius in æternum. Præterea quam innocentiam & pietatem seruauit Dauid in aduersariū Saul eandem seruat in Absalonem, præcipiens ne occidatur Absalon & lugens occisum, ut uideas exemplum diligendi inimicum, qui tamen seruari non potest iudicio dei. Vellent quidem pij, quemadmodū secundū hominem uoluit & ipse Christus, impios seruari, & à blasphemia uerbi dei auerti, sed ubi agnouerint ex dei iudicijs dei uoluntatem, aiunt, Non mea pater sed tua fiat uoluntas. Iustus es domine & rectum iudiciū tuum. Iudicia tua abyssus multa &c. Ad hoc suscitatur deus impio, ut pharaonem, ut persequatur ueritatem & furere non desinant, ut tandem intercant &c.

Igitur considerato &c.

Quæ humane prudentiæ sunt & rationis in re militari non negligit Dauid, ne tentet deum, Ceterum in talibus non confidit, sed rem omnem cōmittit deo, secundum uerbum quod dixerat, Si dixerit mihi, non places, præsto sum.

Multo plures.

Non tam loci incommoditate quàm iudicio dei in eas necessitates urgente, pugnabat enim hic deus pro Dauid.

Suspendio.

Extrema desperatio aduersariorum Christi & sacri eius euangelij usq; in finem mundi, hac suspensione declarata est, in qua dum confodiuntur gladio uerbi dei à populo Davidis, id est Christi, excæcantur & intereunt, & mortui premuntur aceruo lapidum, quia iudicio dei excæcati redire ad uitam & ueritatem non possunt, quemadmodum dictum est Esaiæ. Excæca cor populi huius &c. Quid his prodest uanum nomen & regni Christiani titulus?

Cecinit. Prudentia istius Ioab pro suo ministerio ubiq; describitur. Neq; uero imprudens factum uidebatur occidere Absalonem contra præceptum regis. Non enim censebat aut regi aut populo commodum ut Absalon seruaretur &c. Neq; Dauid moriturus in hoc accusat Ioab &c.

Non habeo.

Vides iudicium dei, ut pereat istud regnum. Mortui enim sunt filij qui supra ei geniti scribuntur.

Si solus.] quia si plures simul fuissent, fuisset signum fugati & prostrati exercitus.



Redito Absalone Dauid restituitur regno, certatibus etiam pro ipso populis, ut quisque contendat proximus esse regi, gaudent omnes de perduto Absalone et de recepto Dauid. Hæc est mutatio dexteræ excelsi, et ueritas promissionis Dauidis regno à deo factæ. Hæc autem quid habeant allegoriæ quis ex superioribus non uidet? nempe quod reuelato errore et insipientia per bellum et gladium uerbi dei, deficiunt homines ab hypocritico et pharisaico ad ueritatis euangelicæ regnum, quemadmodum et Dauid cecinit psal. 7. Exurge domine in ira tua etc. et synagoga populorum circumdabit te, id est, ubi feceris iudicium in aduersarios, populus agnito errore redibit ad te, qui impie est per seductionem Absalonis et complicum eius auersus à te etc.

Ingressus ergo Ioab.

Prudenter orat et cum audacia coram rege et pro rege, deo ista curante, qui quacumque occasione et per quoscumque homines curam gerit pro suis.

In porta. Scilicet ciuitatis Mathanaim, quod erat signum depositi luctus et cum gaudio suscipiendi exercitus.

Et omni populo.

Quod intellige de populo qui egressus fuerat in bellum pro Dauid.

Omnis quoque populus.

Quod intellige de reliquo populo Israël qui adhæse-

rat Absaloni. Increpabant iam mutuo stulticiā suam,
ut uides in textu etc.

Cur uenitis.

Intellecto consilio Israël, uult Dauid ut Iuda non sit
in reducendo rege inter postremos, quia tribus sua
erat, & illic primū factus erat rex, ad quam etiam re-
gnū iure diuino spectabat, secundū illud in psal. Iuda
rex meus. & secundū prophetiā, Non auferetur sceps-

Semei. Veniam rogat, & iurat ei (trum etc.
rex se non occisurum eum. Iccirco autem hoc se dicit
facere Dauid, ne gaudium quod deus dederat crudeli
uindicta minueretur in populo, & quisq; timuisset si-
bi qui aduersarius fuerat regi, id quod rursum defici-
endi ansam multis praeuisset, atq; ideo dicit illos fic-
ri sibi in Satan qui uindictam suadent. Tamen Dauid
nihil ueritus iuramentum, moriturus mandat ut fiat
contra Semei quod secundū deum iustum est. Iuramen-
ta enim humana non ualent ad hoc, ut non fiat quod
secundum deum fieri debet.

Miphiboseth.] Hic apparet mendacium Sibe, ta-
men uix Dauid temperat sententiam ut dimidia pos-
sessio ei maneat, adeo uerisimile erat mendacium, ut
supra dictum. Puto tamen, licet non sit scriptum, Da-
uidem postea re intellecta omnia mutasse.

Battellai.] Vide supra cap. 17. uir nobilis & di-
nes fuit, & non solum cōmodo erat Dauidi, sed etiam

magno honori &c. Hic beneficium regis ut senex nō
mult, sed pro Chamabam orat, qui filius eius fuisse ui-
detur &c. Omnis autem.

Quod contendunt pro rege, ad istam receptionis le-
ticiam pertinet, ita conuertente deo corda ad Daudi-
dem, ut tentaturus auerterat &c.

CAPVT XX.



Idebatur David omni piculo defunctus,
& ecce deus suscitatur ei istum aduersariū
ex Saulis reliquijs, primum ut tentatione
ista probetur David, deinde ut uideas quā fragilia
sint hominū corda ad persistendum in eo quod recte
sentiant, præterea ut iudicio dei pereat iste Seba, qui
adhuc supersuit ex illis qui ex familia Saulis aliquid es-
se uidebantur, adeo habebat auctoritatem hic apud su-
os, ut facile cum sequerentur. Ista ergo omnia quæ con-
tra Davidis regnū tentata uidemus deus mirabiliter
curat pro Davidis regno stabiliendo. Istud autem scia-
tum ait scriptura, quia durius responderant Iudæi
Israëlitis, sed iudicia dei erant quæ caro non uidet.

Decem mulieres.

Dura certe hæc erat conditio fœminarū, quæ non pec-
cauerant sed uis eis illata fuerat. Verum secundum le-
gem non potuit eas dare alijs maritis, neq; forte pro-
pter scandalum licebat ei cum eis congregari, quia iam

concupuerant cum filio. At scandalum non erit impedimento ubi salus proximi in periculo est, id quod potuit in his mulieribus contingere. Relinquo ergo hoc conscientie Dauidis quid sibi uoluerit.

Seruos domini tui,

Id est Ioabi, quemadmodum statim sequitur. Egressi sunt cum eo uiri Ioab.

Salue. Ioab ut Abnerum, ita & Amasam fraudulenter occidit, & ut illic propter occisum fratrem potuit excusare, ita & hic propter stupro affectam matrem, sed ambitio in causa erat, ut illic diximus & hic clare uides.

Interea &c.] Sententia ex Heb. est. Et accessit unus ex pueris Ioab ad eum & dixit, Caueat ut aliquis aduersetur Ioab, & apud Dauidem esse querat loco Ioab. Amasa autem &c.

In Abela & Bethmaacha.

Videntur due ciuitates simul haberi pro una.

Mulier sapiens.

Vt supra cap. 14. mulierem sapientem legis ex Thea tua. Vnius sapientis mulieris consilio tota ciuitas seruatur. Non est personarum acceptor deus, non quæ mundus suspicit & admiratur deus assumit quando uult facere salutem, sed quæ uidentur despecta. 1. Cor. 1. Huc quoque pertinet quod supra uidimus de Abigail uxore Nabal &c.

Prouerbio. Prouerbum inde natum est q. illic
habitarint sapientes homines & spiritu dei docti, se-
cundum quorum consilium multi in Israël agere soliti
sint.

Nonne ego.

In persona loquitur ciuitatis. Potes & sic legere. Ista
est iusta & fidelis ciuitas in Israël, id est, quæ nihil
peccarit & fidem regi & populo seruarit.

Fuit autem.

Ordinatio domus & aulæ Dauidis rursus describi-
tur, ut supra cap. 8. id quod ad pacificatum rursus rea-
gnum pertinet.

Sacerdos Dauid,

Id est, magnus & primus in consilijs Dauid, seniore
uulgo appellamus ut & græci, si contendas fuisse sa-
cerdotem, libenter cedo.

CAPVT XXI.



Am tandem manifeste declarat ipse de-
us toto Israël, se uelle reliquias regni
Saulis perditas, ut & ipsæ agnoscerent
se morti obnoxias, & post hac non sese
erigerent contra Dauidis regnum, præterea ut nemo
amplius eas ut sæpe ante sequatur, ut uel hinc uideas
quid in omnibus præcedentibus suo iudicio cōtra sau-
lem pro Dauide cogitarit deus, utq; uideas stabilitum
à deo Dauidis regnum. Porro absq; intellectu es si hic
moueris quæstionem num peccarit Dauid tradendo
septem

septem filios Saulis, cum iniuriam sibi irrogatam non soleat vindicare. Dauid non tam ab hominibus rogatur ut iustum faciat iudicium, quàm ab ipso deo urgetur. Famem mittit deus, & consultus culpam reijcit in Saulis domum, datq; id mentis Gabaonitis, ut nullum postulent iudicium à iudice Dauide nisi sanguinis, & præterea hoc ipsum ita placet deo, ut fugata fame rursum det tēpora frugifera, Deus itaq; ista oīa fecit, & declarat toto Israēli, quàm impie egerit consentiēdo iniquitatibus Saulis, & adiuuando eius sæpe reliquias.

De Gabaonitis lege Iosue. 9. qui iam innocēter agebant inter Israēlitas, & seruiebant eis, secundum Iosue condemnationem, figura illorum qui populo dei ex gentibus erant accessuri. Quos ut hic dicitur Saul stulto zelo nihil meritos delere uoluit, & quosdā occiderat, Videbatur hic Saul habere pro se legem, sed forte, ut solitus erat, sue consuluit cupiditati & ambitioni. Simulare impij legē possunt, pro lege autē nihil facere possunt. Et uel hinc accipe quā uoluerit fidem seruari deus Gabeonitis, quāuis fraude extorserit iuramentū, ne scilicet nomen dei blasphemaretur inter gentes &c. Præterea nō gentes nūc erant, sed profelyti &c.

Benedicatis,] Id est, bene precemini coram domēno &c. [Micha] .I. Reg. 12. Merob dicitur, fuit ergo binomia, habens quoq; nomen sororis, quæ erat uxor Dauid. Alij aliter. Isti autem dicuntur filij Saul mo

re scripturæ, quo progenitores patres dicuntur.

Rizpa, materna viscera declarat &c. Quod autē dicitur. Donec stillaret &c. significat eos pependisse quousq; pluuia missa deus declararet famem remis-
sam. Nec est contra legem Deut. 21. Deus enim legem statuit hoībus nō sibi, Is iussit istud iudicium fieri &c.

Et nunciata] Solacium hoc erat matri Rizpa, & facit hic David inimicis suis quod facere solet, ut uide-
re licet ex superioribus libris.

Factum est aut.

Hæc bella adijcit historia, in quibus rem fuisse Dauidi, scribit cum quatuor gigantibus de genere Rapha nobilis gigantis, ut uideas quid tentationis passus sit Dauid, dum uel timere cum oportuerit, uel præsens mortis periculum senserit, quid egerit pro eo dominus. Passus ergo est in tus timores, foris pugnas, & à gentibus & à fratribus, sed non deseruit eum dominus. Ut non ignores quid in regno Christi agatur, cui insidias tur totus inferorum exercitus à dextris & à sinistris, & tamen crescit & in æternum est.

Adeodatus. Heb. Vbi Elhanan filius Iaere Orgim Bethleemita percussit Goliath Geth.eum &c. ut non putes historiam esse alterius Goliath.

CAPVT XXII.



*I*am tandem uides & Dauidem propheta-
tam, dum psalmum canit superatis omni-
bus suis inimicis, ex quo uides, ipso per
spiritum dei prophetante, quo totum Da-
uidis regnum respiciat, nempe in regnū Christi, de quo
hic prädicitur, & non tam ipse Dauid quàm Christi
spiritus hic loquitur, qua de re uide quid in psalmum
hunc scripserimus, est autem. 17.

CATVT XXIII.



*I*n fine uitæ suæ spiritum dei per se locu-
tum dicit, ut uideas quo loco habeas eius
psalmos. de quibus Christus dicit, Opor-
tet impleri quæ scripta sunt in lege &
prophetis & psalmis de me. Et discipuli Act. 4. Tu spi-
ritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti
&c. Et præterea laudat gratuitam dei erga se miseri-
cordiam & contra dei contemptores prophetat, suū
scilicet regnum stabile futurum & aduersariorū re-
gnum perituum. Inde fortes Dauid describuntur.

Cui &c.] Sic legas licet, Qui constitutus est Chri-
stus dei Iacob, id est, quem constituit deus Israel in
regem.

Dominatur.] lege dominator, deinde, Dominator
in timore dei. i. cuius regnū illic est ubi est dei timor.

Nec tanta.] Male sunt hæc uersa. Sic lege, Ita

erit mea domus apud deū, nam pactū æternū mecum inijt firmum in omnibus atq; munitum, Vt in oratione uideas completam similitudinem quam proposuit.

Cuncta enim. Sic lege. Hæc est enim omnis salus mea & omnis uoluptas q̃ hæc (scilicet domus mea) crescet.

Quæ non tolluntur manibus.

Id est, ex Heb. Ex quibus nihil seruat̃ residui.

Et si quis] Elegantissima spinarū metaphora utitur. Hæc quæ nunc prophætatur, etiam ex sua historia didicerat, iam perduto Saulis & Absalonis regno, declaratur autem psalmo prædicto & hac prophetia quicquid ubiq; ferè allegorijs indicauimus, ut non tam figurat̃ fuisse uideas quàm exempla, etiam & res ipsas de quibus hæcenus scriptum est.

Hæc nomina,] Hæc de fortibus Dauid scribuntur, ut uideas quam curam deus pro eo gesserit, dans ei uiros optimos, robustos animo, fortes utribus, prudentes, pios, idcirco Ioab qui multa insignia facta fecerat, non nominatur, quia impius erat, Contra ira dei est quando tales in regno non sunt. Esaiæ. 3. Ecce enim dominator &c. Dauid sedet. Vide in Paralip. Fortes Dauidis hic describuntur, non ipse Dauid, Pessime ergo hoc loco translatus est. Dauid sedet &c. Ex Heb. autē sic lege. Iasabeam filius Hachmoni princeps inter tres, qui leuauit hastam suam & per

cuſſit octingentos una uice. Reliqua uide in translati-
one D. Martini, Tres primi non habent ſimiles, Poſt
quos ſunt tres alij, quibus non eſt aliquis ſimilis inter
triginta ſortes, ut hi poſteriores ſint tribus primis, ſed
tamē præcedant triginta alios, atq; inter hos tres præ-
cipuus eſt Abiſai, ut & in Paralip. uides. Præterea Ba-
naiaſ à ſecretis Dauidis honoratiſſimus inter ſequen-
tes, ut quidem magnæ uirtutis, ſed nequaquam ſimilis
tribus primis. Triginta uero dicuntur à numero ma-
iori, nam quod ſuper eſt parum non computatur, ut
quãdoq; in ſcripturis uidere licet. Nolu[it] Con-
demnauit Dauid deſideriũ ſuum & uoluptatē pericu-
lo uitæ aliorũ emptam, Effudit eam domino, qui uiros
ſeruauerat &c.

CAPVT XXIIII.

Nihil tutum non ſeruante deo, Securitatē
carnis, ſcriptura ubiq; damnat, dñ non
timetur deus. Quia uero Iſraēlitæ tam
ſæpe impie egerant ſub Saule, ſub Abſa-
lone, neq; peccata agnoſcebant, agētes ſine timore, co-
guntur tandem uel percuſſi agnoſcere iniquitatem.
Atq; ut hoc faciat deus, deſerit bonum Dauidem & eũ
agit ſpiritu malo, ut grauiter peccet, unde populus pe-
reat, grauiter peccaſſe, grauis ira dei teſtatur, ut non
mireris ſi per impioſ principes mala effundat domi-

nus super populum dei contemptorē & Euangelij sā-
cri negligentem, cū ista etiā per optimū faciat regem,
Semper ergo orandus est deus, ne nos deserat, & car-
nis securitate pereamus. Regnū hoc Dauidis. i. Christi
in terris, non solū à carne & sanguine impetitur, sed
etiam à Satana & peccatis ad desperationē urgetur,
mors & inferi absorbere nituntur, etiamē glorifica-
tū offerentes ei, atq; dicentes, Si tu es rex
Milites moti uidētur inscri ille Iudæorū, saluū
ptione tituli, ut apparet in te fac. Vnus autem
Ioanne, & præterea fama de his qui pende-
tunc uulgata de Messia lu- bant, facinorosorū
dæorum. conuitia dicebat in
eum, dicens, Si tu es Christus teipsum ser-
ua & nos. Respondens autem t̃ alter, in-
crepabat eum, dicens, Ne tu quidē times

deum q̄ in eadē damnatione es: Et nos
quidē iuste, nam digna factis recipimus,
hic uero nihil mali gessit. Et dicebat ad
Iesum, Domine memento mei cū uene-
ris in regnū tuū Et dixit illi Iesus, Amen
dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.
Erat autē fere hora sexta.

† Non aliter nos iustificamur ac iste latro, in quo
meritum inuenire non potes, qui & paulo ante cū so-
cio in Christū blasphemauit, ut Paulus apostolus, quæ
autem iam bona opera facere potuit crucifixus? qui si
post uixisset sine operibus bonis non fuisset, sed per
hec iustificatus non fuisset. Verū hic omnia sunt si re-
cte intuearis quæ in Christiano requiras. Peccatū agno-
uit, iustitiam Christi confessus est, non desperauit, quā-
uis latro, salutem, quippe qui potentia dei immutatus
regnaturū credere potuit quē uidit crucifixū. Hæc
fides tunc Petro & alijs apostolis data non erat. Præ-
terea illic erat fructus fidei confessio & charitas, de il-
la supra diximus, hanc præstitit fratri dum arguit, dū
& ipsum uult agnoscere peccatū & credere in salu-
tem. Ideo audit, Hodie &c. Id est accipies iustitiam &
uitam æternam quā Adam perdidit. Hoc Euangelio
letus latro moriebatur.

Cum uero facta esset hora sexta, ab ea
tenebræ factæ sunt super uniuersam ter-

ram usq; ad horā nonam, & obscuratus
est sol. Et circa horam nonam clamauit
Iesus uoce magna, dicens. Eli, eli lamma
azabthani; quod est, si quis interpretet.
Deus meus, deus me⁹ cur deseruisti me?
Quidam autē illic stantium cū audissent
dicebant, Ecce Heliam uocat iste. Sciēs
autem Iesus q̄ omnia iam consummata
essent, ut cōsummaretur scriptura, dicit,

*Narratio sine
et dicitur uiginti
et septem. Unde
propter angelum
qui docet: a deo
ita q̄d a deo
in potestate
et declaratur
per affertur
in iudicio*

Sitio. Vas igitur erat positum aceto ple-
num, & continuo accurrens unus ex eis,
cum acceptam spongiam impleffet ace-
to & hyssopo, imposuit harundini, obtu-
litq; ori eius ut biberet, & cum ceteris di-
cebat, Sinite, Videamus an ueniat Heli-
as ad deponendū eum. Cum ergo acce-
pisset Iesus acetū, dixit, †Cōsummatū est.

Et iterum clamauit uoce magna, dicens,
Pater in manus tuas cōmendo spiritum
meum. Et cum hæc dixisset inclinato ca-
pite tradidit spiritum.

Tradidit.

Hoc dixit.
rat Ioā. 10.
In potesta
te etc.

† Consummatū est. Ergo iam nihil restat passionis
Christi, nisi ut, licet quietus, teneatur in morte usq; in
tertium diem, secundū signum Ione. Post illud uerbū
non expectent Iudæi alium qui plura faciat etc.

QVATVOR EVANGELISTAS: 429

Hic solutū est Adā debitū & mors mortē uorauit.

Et ecce uelum tem lam reuelata sunt sancta
pli scissum est mediū sanctorū, Heb. 9. De istis
in duas partes a sum miraculis uide psal. 17.
mo usq; ad imum, & terra mota est, & pe
træ scissæ sunt, & monumenta aperta, &
multa corpora sanctorū qui dormierant
surrexerunt, & egressi surrexerunt, dixerat,
e monumētis post re, & statū addit, Et egres
surrectionem eius, ue, si &c. ne eodē die quo
nerūt in sanctam ciui monumēta aperta sunt
tatem & apparuerunt surrexisse putares. O
multis, portet ut Christus sit

Centurio autē qui primitiæ dormiētium,
astabat ex aduerso illi, & primogenitus ex re
& qui cū eo erant cū surrectione mortuo
stodiētes Iesum, uidē rum &c.

tes q; sic emissio clamore expirasset, uiso
q; terræ motu, & his quæ facta fuerant, ti
muerunt ualde & glorificauerunt deū,
dicentes, Vere hic homo iustus erat & fi
lius dei. Et omnes turbæ eorū qui simul
acceserant ad spectaculum istud, & uide
rant quæ contingebant, percutientes pe
ctora sua reuertebantur.

14: 29

in ista illis
non erat
dicti peritiam
peritiam
peritiam
peritiam
peritiam

QUATVOR EVANGELISTAS.

testimoniū perhibuit, & uerum est testi-
moniū eius. Et ille scit q̄ uera dicit, ut &
uos credatis. Facta sunt enim hæc ut scri-
ptura impleretur, Os non cōminuetis ex
eo. Et rursus alia scriptura dicit, Videbūt
in quem pupugerunt.

† Impietatis damnat Ioannes Iudeos qui propter
sabbatū faciunt quod quolibet die secundū legem fa-
cere debebant, Deut. 21. Excolant ergo culicē, Came-
lum glutunt. Præterea nō uideo cur illud sabbatum
quod accidebat intra dies azymorū maius fuerit alijs
sabbatis, nisi propter traditionem aliquā pharisaicā,
ut maior esset nundinatio pontificibus cōgregato ad
phase populo.

Post hæc autē cum uespera facta esset,
quoniā erat parasceue quæ præcedit sab-
batum, uenit Ioseph vnum de erat huic Ioseph
Arimathiēsis, oriū pho, quod iam per deum
dus ab Arimathæa ci accipit, nēpe ut forti anō
uitate Iudæorum, uir audeat cōfiteri Christū.
diues, senator & bonus & iustus, qui nō
conferat consilio & facto eorū. Erat
enim & ipse expectans regnū dei. Nam
& discipulus erat Iesu sed occultus pro-
pter metum Iudæorū. Hic sumpta auda-

cia ingressus est ad Pilatum, & petijt ab eo, ut tolleret corpus Iesu. Pilatus autem admiratus est si iam mortuus esset. Et accersito ad se Centurione interrogauit illum, an iamdudū mortuus fuisset. Et recognita ex Centurione, donauit corpus Iesu ipsi Ioseph, iubens reddi illū. Et Ioseph mercatus est sindonem. Venit autē & Nicodemus, qui uenerat primū ad Iesum nocte, ferens mixturam myrrhæ & aloes, ad libras ferme centum. Acceperūt Per iustos quiescit mortu⁹ qui ergo corpus Iesu uiuus agitabatur ab iniustis. depositū, & in Hic ergo noua, munda & odo uoluerūt illud in risera sunt omnia. sindone munda, obuinxerūtq; lintheis cū aromatibus, sicut mos est ludæis sepelire. Erat autē in Itē, sicut in horto Adā eo loco, ubi crucifixus peccauerat ita in horto est, hortus, & in horto capitur Christus, ut A= monumētum Ioseph dæ peccatū diluat, & nouum, quod is exci cōsummatis oībus de= derat in Petra, in quo uicta morte Adæ i hor nondum quisquā po= to sepelitur & resur= situs erat. Ibi ergo, q̄a parasceue erat ludæo=

rum

*signi opus
signum bonum
morsu fidei
declaramus se oēs
formas suas
in d. p. m. p.
s. l. l. m. l. m.*

Volunt ppter hoc sapienter quoniam ad dei conspectum ad gloriam
reperit. non ppter hoc. Neq. alij eorum impis de ppter
QVATVOR EVANGELISTAS. 433

rum & sabbatū illucescebat, illucescebat, &
q̄ in propinquo esset monu infra, secundū
mentū, posuerunt Iesum. Et præceptū, Le=
aduoluto saxo ingēti ad osti uit. 23. A ueste
um monumenti, abierunt. ra usq; ad ueste
Erat autē ibi Maria Magda, perā celebrabi
lene & Maria Iose sedentes tis sabbata uīa
contra sepulchrum & spectantes ubi po
neretur, & cū mulieribus cum quibus ue
nerant cū Iesu de Galilæa, uiderūt monu
mentū & quēadmodū positum erat cor
pus eius. Reuersæ uero mulieres paraues
runt aromata & unguēta, ac sabbato qui
dem quieuerunt secundū præceptum.

Postero autē die quæ sabbatū iā agit Chri
sequit post parasceuen, stus, quod est sabba
conuenerunt principes tum Christianorū.
sacerdotum & pharisæi ad Pilatū, dicen
tes, Domine recordati sumus, q̄ impo
stor ille dixit adhuc uiuēs, Post tres dies
resurgam. Iube iam impostores intelligunt si
ergo muniri se / gnum Ionæ & solutionē tem
pulchrum usq; in pli à Christo prædicta. Quod
diem tertium, ne autē dicunt, Post tres dies, nō
quando ueniant mētiuntur. Nam & Christus

EE

ita dicit Marci. 8. Hebraica phrasis est. Post tur eum, dicantque ple-
 tres dies, id est, tertia bi surrexit a mortuis
 † die, post dies octo, id est † & erit nouissimus er-
 octaua die. Alioqui cur ror peior illo priore.
 non dicunt, iube custodi Ait illis Pilatus, Habe
 ri sepulchrū usque in quar tis custodiam. Ite, mu-
 tum diem, sed dicunt, In nite sicut scitis. Illi au-
 tertium diem? tem abeuntes munie-
 runt sepulchrum obsignato lapide, adhi-
 bitis custodibus.

† Et erit nouissimus error &c.] Ignorantes uerū
 dicunt, quemadmodū & Caiphas prophetādo, Peius
 enim errauerunt Iudaei postea non resipiscentes. Aut
 si error erat (ut ipsi sentiunt) credentium fides qui an-
 tea Christo crediderant, hic maior factus est postea &
 in Iudaea & in gentibus, nō de furto ablati domini sed
 de ueritate resurgentis.

Curam quā adhibent sepulchro contra
 se adhibent &c.

FINIS HISTORIAE
 Passionis Christi.

sio domini nostri Iesu Christi secundū
 quatuor Euangelistas,
 Ante historiam libet ita ex Paulo & Actis
 Apostolorum præfari.



CHRISTVS mortuus est pro peccatis no-
 stris secundū scripturas, & sepultus est,
 & resurrexit tertia die secundū scriptu-
 ras. Hunc deus suscitauit tertia die, & de-
 dit eū manifestum fieri non omni populo, sed testibus
 præordinatis à deo, apostolis qui comederūt & bibe-
 runt unā cū illo, posteaq̃ resurrexit à mortuis. Quibus
 tūc seipsum exhibuit uiuentē cō pluribus argumētis,
 dū per dies quadraginta cōspicitur ab illis ac loquitur
 eis de regno dei. Et præcepit eis ut prædicarēt popu-
 lo ac testificarentur, q̃ ipse sit ille qui constitutus erat
 à deo iudex uiuorū & mortuorū. Huic oēs prophete
 testimoniū ferunt, q̃ remissionē peccatorū accepturus
 sit per nomē eius, quisquis crediderit in eū. Hic est la-
 pis ille qui reiectus est ab ædificantibus, qui factus est
 in caput anguli, nec est in alio quoquā salus. Nec
 enim aliud nomē est sub cælo datū inter homines, in
 quo oporteat nos saluos fieri. Vt uero solutis dolori-
 bus mortis, quatenus impossibile erat teneri illū ab ea,
 suis apparuerit, ex Euangelicis literis quantum nobis
 licet iam aperiemus.

1. Corinth.

Act. 10.

Act. 1.

Act. 10.

Act. 4.

Act. 2.

Sequitur historia.



¶ Vm præterisset † sabbatum, Maria Magdalene, & altera Maria quæ Iacobi dicitur, & Salome, & Ioanna, & cæteræ quæ cū eis erant, quæ uenerant cum Iesu de Galilæa, emerunt & parauerunt aromata, ut uenirent & ungeret Iesum. Nā sabbato quieuerāt secūdū præceptū.

† Sabbatū præterierat in uespera sabbati exeuntis. Tunc emerūt & parauerunt, quia operari licebat. Supra Lucas scribit, Reuersas à sepulchro parasse aromata, sed tamen non ante istam uesperam. Tunc enim sabbatum illucescebat &c.

† Vespera autem sabbatorum quæ lucescit in unam sabbatorum, id est mane profundo crepusculo cū adhuc essent tenebræ primo die sabbatorū, siue (ut Marcus ait) summo diluculo diei primi sabbatorum, ueniunt exorto sole ad monumentū, portātes quæ parauerāt aromata.

† Iudæi à uespera præcedēte incipiunt diem, Gen. 1. Et factum est uespere & mane &c. quemadmodum & de sabbatis diximus. Ergo uespera sabbatorū &c. Id est nocte dū transisset sabbatum quæ nox uergit in

dominica, quā uocamus, diem. Quod uero Marcus dixit, Exorto sole, significat apparente die, quod fit sole nostro hemispherio uicino, alioqui non præmississet, summo diluculo. Significat ergo Matthæus illuxisse alteram post sabbatū, sed adhuc aliquid tenebrarū fuisse ex uespera præcedenti, id quod & reliqui Euangelistæ omnes dicunt, Credo Marcum, postq̃ dixerat, summo diluculo, non frustra addidisse, exorto sole, forte propter gentes, quæ diem à mane incipiunt, ne suspicarentur Christum non surrexisse tertia die, quæ constat summo diluculo non inuentum in sepulchro, sed tamen diluculo surrexisse, nempe in terræ motu factō illucescente prima sabbati secundū Matthæum. In terræ motu surrexit sicut & in terræ motu mortuus fuerat. Mors enim & resurrectio Christi prædicata motura erat totum orbem, Aggei. 2. quemadmodū & hodie mouet & turbat feliciter, ut suscipiamus desideratum omnibus gentibus.

Et ecce terræ motus factus est magn⁹, Angelus enim domini descēdit de cœlo, & accedens deuoluit lapidem ab ostio se debatq; super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & uestimentū eius candidum sicut nix. Præ timore autem eius concussi sunt custodes, & facti sunt uelut mortui.

Mulieres autem dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumētī? Nam erat magnus ualde. Et cū respexissent, uident lapidem esse reuolutum a monumēto, Et ingressæ in monumentū non inuenerūt corpus domini Iesu. Et factum est dum mente cōsternatæ essent de hoc, ecce duo uiri steterunt iuxta illas in uestibus fulgurantibus. Cū expauissent autem & declinarent uultum in terram, dixerunt ad illas. Quid quæritis uiuentem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini ut dixerit uobis cum adhuc in Galilæa esset, dicēs, q̄ oportuerit filiū hominis tradi in manus hominum peccatorū, & crucifigi, & die tertio resurgere. Et recordatæ sunt uerborum eius, & regressæ a monumēto, nunciauerunt hæc omnia illis undecim & cæteris omnibus, Et dicebant ad apostolos hæc, & uisa sunt apud illos ceu deliramentum uerba illarum, neq̄ crediderūt illis. Currit uero Maria Magdalene & uenit ad Simonē Petrum & ad alterum illū discipulum quem amabat Iesus, & dicit illi

lis, Sustulerunt domi num e monumento, & nescimus ubi posuerint eum.

Sublatū credidit, quem audierat resurrexisse, donec dominus ipse apparet. De monumēto u-

Surgens ergo Petrus exiit & ille alius discipul⁹, & uenerūt

cuo adhuc agitur, ut uideas quid secutus sim cōcordando historias.

ad monumentū. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcūcurrit citius Petro, uenitq; prior ad monumentū, & cum se inclinasset, uidit posita linteamina, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentū, Et uidet linteamina sola posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positū, sed separatim inuolutum in unum locū. Tunc ergo introiuit & ille alius discipulus qui uenerat prior ad monumentum, uiditq; & credidit. Nō dum em̄ nouerāt scripturam, q̄ oportuisset eum a mortuis resurgere. Discipuli ergo mirantes quod acciderat abierunt rursus ad semetipsos.

Credidit, scz sublatū corpus.

Ad semet.

Maria autem stabat ad monumentū foris

Id est ad domū suam.

catoribus solum, leta qui plorans. Dum ergo
dem audimus, nepe Chrt- fleret inclinavit se
stum regnare & triūpha- in monumētum, &
torem esse mortis & inf- uidet duos angelos
rorū, sed hæc ipsa credere amictos albis seden
nō possumus nisi Iesus ipse tes, unū ad caput &
se se nobis prodat ut habea alterum ad pedes, il
mus testimoniū spiritus & lic ubi posuerāt cor
simus θεοῦ υἱοῦ & κτλ. pus Iesu. Dicunt ei
illi. Mulier quid ploras? Dicit eis, Sustule
runt dominū meum nec scio ubi posue
rint eum. Hæc cum dixisset conuersa est
retrorsum, & uidet Iesum stantē, nec scie
bat q̄ Iesus esset, dicit ei Iesus. Mulier qd
ploras? quem quæris? Illa existimans q̄
hortulanus esset, dicit ei, Domine si tu as
portasti eum, dicito mihi ubi posueris eū,
& ego eum tollam, Dicit ei Iesus, Maria,
Conuersa illa dixit ei, Rabboni, quod di
citur Magister. Dicit ei Iesus, † Noli me
tangere, Nondū enim ascendi ad patrē
meū, Sed uade ad fratres meos & dic eis,
Ascendo ad patrem meum & patrem ue
strū, & deum meū & deum uestrū. Hæc
est illa Maria Magdalene, de qua Iesus

iecerat septē dæmonia, cui cum surrexisset apparuit primū, mane primo die sabbati. Illa autē profecta renunciavit discipulis qui cum illo fuerant, lugentibus ac flentibus, q̄ uidisset dominū & ea dixisset sibi. Et illi cum audissent q̄ uiueret ac uisus esset ab illa non crediderunt.

† Externa ad salutē nihil sunt. Christus fide tangitur, Luca. 8. Noli ergo me tangere, quia glorificatum nondū credis quē inquiris ablatū. Crede & prædica hoc Euangelium, Ascendo &c. id est glorificatus sum in dextera patris & dei, qui meus & uester est, propter uos hoīes homo factus sum & cōmunē habemus & patrem & deū, uos mea (si creditis) morte & glorificatione facti estis fratres mei, Psal. 21. Heb. 2. & filij dei, Ioan. 1.

Ingressæ autē mulieres in monumentū, uiderunt adolescentem sedentem a dextris, amictū stola candida, & expauerunt. Erat autē angelus

In hac historia primū agitur de sepulchro uacuo. Inde Iesus soli Mariæ apparet ad sepulchrū. Rediūt ergo & aliæ cupientes uidere qd' illa uiderat, & dux earū est eadē Maria. Et ipsæ ergo (ut illa ante) primū experiūtur num aliquid sit ī sepulchro, deinde uidēt Iesum, ne quid dubitā rēt. Et credētes tēgūt &c.

cū antea Maria fuisset prohibi lus dñi. At ille di-
 ta dū adhuc nō credebat &c. cit eis, Nolite ti-
 mere uos, scio enim q̄ Iesum Nazarenū
 qui crucifixus fuit quæritis, Non est hic,
 surrexit em̄ sicut dixit, Venite & uidete
 locū ubi posuerāt dominū. Et abeuntes,
 cito dicite discipulis eius & Petro q̄ surre-
 xit a mortuis, & ecce præcedit uos in Ga-
 lilæam, illic eū uidebitis sicut dixit uobis.
 Ecce dixi uobis. Et abeuntes celeriter fu-
 gerunt a monumēto cum timore & gau-
 dio magno, & currebāt ut renunciarent
 discipulis eius, Habebat aut̄ illas tremor
 & stupor, neq̄ cuiquā quicquā dicebāt,
 timebant em̄. Cum autē issent ad renun-
 ciandū discipulis eius, ecce Iesus occur-
 rit illis dicens, Auete. Illæ autem accesserunt
 & tenuerunt pedes eius & adoraue-
 runt eum. Tunc ait illis Iesus, Nolite time-
 re, *Angelus Euangelium dixerat,* re, *Ite renūciate*
Nolite timere, sed Christus pri- fratrib⁹ meis ut
mū à timore liberat. eant in Galilæ-
 am, & ibi me uidebunt.

¶ Quæ cum abiissent ⁊ ecce quidam e cu-
 stodibus uenerunt in ciuitatem, ac renun-

ciauerunt principibus sacerdotū omnia
quæ acciderant, Et congregati cum senio-
ribus, consilio habito, pecuniā copio-
sam dederunt militibus, dicētes, Dicite,
Discipuli eius nocte uenerunt, & furati
sunt eum uobis dormientibus. Et si hoc
auditum fuerit a præsīde, nos persuadebi-
mus ei, & securos uos faciem⁹. At illi ac-
cepta pecuniā, fecerūt sicut erant edocti,
& diuulgatus est hic sermo apud Iudæos
usq; in hodiernum diem.

† Custodientibus militibus & sigillato sepulchro,
qui furarentur discipuli corpus, quorum nemo præ te-
more audebat sateri Christum? aut quomodo tantum
lapidem amoliri potuerunt militibus non excitatis?
quare & lintamina non abstulerunt cū corpore, max-
ime cū incōmodū fuerit glutinosam auferre myrrham?
Præterea uide illius populi cæcitātē, Manifesto credūt
mēdacio. Aut falsum est qd̄ dicunt se dormisse, & mē-
dacibus credere nō debuerūt, aut uerū est, & qui dor-
mientes uidere potuerūt quod testificātur? Manet er-
go Iudæis mēdaciū, nobis ueritas. Hoc unū agunt, in-
uiti fatentur nobiscū Christū in sepulchro non esse.

Visus quoq; est dominus Cephe.

1. Corin. 15.

Et ecce duo ex illis ibant eodē die in
castellum, quod aberat spacio stadiorum
sexaginta ab Hierusalē, nomine Emaus,
& ipsi confabulantur inter se de his om-
nibus quæ acciderāt, Et factum est dum
cōfabularentur ac disputarent, & ipse Ie-
sus appropinquans ibat una cum illis.
Matth. 18. Vbi duo etc. Cæterū oculi eorum
Tal' uero apparet eis quæ tenebantur ne eū ag-
lis apud eos erat. peregrini noscerent, in alia em
nus siue aduena uidetur forma apparuit eis.
qui Mariæ hortulanus ui Et ait ad illos, Qui
sus erat. sūt hi sermōes quos
confertis inter uos ambulātes, & estis tri-
stes? Ac respondēs unus, cui nomē Cleo-
phas, dixit ei, Tu solus peregrin⁹ es Hie-
rosolymis qui ignores quæ facta sunt il-
lic his diebus? Quib⁹ ille dixit, Quæ? Et
dixerunt ei, de Iesu Nazareno, qui fuit
Vide quē uir propheta, potēs opere & sermone co-
adhuc faci ram deo & toto populo, & quomodo eū
unt Iesum. tradiderunt summi sacerdotes & princi-
pes nostri in condemnationē mortis, &
Verbū habebāt Christi crucifixerūt eum. Nos
resurrecturi tertia die, autē sperabamus eum

esse illū qui redēptu sed hic uidere licet quā ar
 rus eēt Israel, Atqui duū sit herere in solo dei
 sup hāc oīa tertius uerbo, ubi omnia apparēt
 dies est hodie q̄ hāc diuersa, & nihil minus ui
 facta sūt. Sed & mu detur quā uerbū esse ue
 lieres quādā ex no/ rū. Quin & herēt adhuc
 bis attonitos reddi, ubi secūdu uerbū Christi
 dere nos, quā dilu, qd̄ prädixerat, audiunt
 culo peruenerūt ad eum resurrexisse.
 monumentū, & nō inuēto corpore eius,
 uenerūt dicētes se etiā uisionē angelorū
 uidisse, qui dicerent eū uiuere. Et abierūt
 quidā eorū, qui erant nobiscū ad monu/
 mentū, & ita repererūt sicut mulieres di/
 xerant, ipsum uero non uiderunt. Et ipse
 dixit ad eos, O stulti *Stulticia est non credere*
 & tardi corde ad cre *Moisi & prophetis, Lucā*
 dendū in oībus quā 16. *illi testificātur de iusti*
 locuti sunt prophe/ *tia dei p̄ Christū, Ro. 3. Vi*
 tā. Nōne hāc opor/ *de libellū D. Martini, q̄*
 tuit pati Christū & *Christus sit Iudæus natus*
 intrare in gloriā suam? Et exorsus a Moi
 se & oībus prophetis interpretabāt illis
 in oībus scripturis quā de ipso erant. Et
 appropinquauerunt castello quo ibant.

vt ante aliā for Et ipse prae se ferebat se lon-
 mā, ita nūc lon- gius ire. Et coegerūt illum,
 gius iter fingit, dicētes, Mane nobiscū, quo
 ut cogatur ab niā uergit ad uesperā & in-
 els. Nō potuerūt clinatus est dies. Et intrauit
 dimittere, ad cu ut maneret cū illis. Et factū
 ius uerba cor eo est dum accumberet cū eis,
 rū accēsum erat accepit panē, & benedixit
 & ardebat. ac fregit, & porrigebat illis.

Et aperti sunt Aperti sunt & oculi Adā et Eue,
 oculi eorū, & sed illic ut uideretur lex & pecca
 agnouerūt eū, tum, hic ut uideatur Christus &
 & ipse euangu Euangeliū, quae est iustitia aeterna.
 ita conspectu eorū. Et dixerunt inter se,
 Nōne cor nostrū ardebat in nobis, dū lo
 queretur nobis in uia & aperiret nobis
 scripturas?

Et surgentes eadem hora regressi sunt
 Hierosolymam, & inuenerunt cōgrega-
 tos tūndecim & eos qui cum illis erant,
 dicentes, Surrexit dominus uere & appa-
 ruit Simoni, Et ipsi narrabant quae gesta
 erant in uia, & quomodo fuisset agnitus
 ipsis ex fractione panis, nec his illi credi-
 derunt. Erat autem uespera die illo qui

erat unus sabbatorum, & fores erāt clau-
sæ, ubi erant discipuli cōgregati, propter
metum ludæorum.

¶ Undecim, & tamē Ioannes dicit abfuisse Thomā.
Augustinus putat ita solui quæstionem, q̄ abierit Tho-
mas, anteq̄ ueniret Iesus. Nam Ioannes dicit. Thomas
nō erat cū eis quādo uenit Iesus, quasi nō neget illic fu-
isse Thomā, quādo uenerunt duo discipuli. Ego autē
puto, Undecim, positū pro apostolis, etiā si illic oēs nō
fuerint. Nūc enim undecim dicebātur suspensio Iuda,
qui prius duodecim dicebantur. Et Paulus antiqua ap-
pellatiōe sub noīe duodecim appellat ap̄los. 1. Cor. 15.
Demde, inquit, uisus est illis duodecim, cū tamē duode-
cim tūc non fuerint. Vbi tamē apud latinos qui hunc
appellationis morem nō attenderūt, hactenus corrup-
te lectum est undecim. Ioannes quoq; dicit, Thomas
unus ex duodecim etc.

Dum autem hæc loquūtur, uenit Iesus
ipse, discumbentibus illis, & stetit in me-
dio eorum, & dicit eis, Pax uobis, Et ex-
probrauit illis incredulitatē suam & cor-
dis duritiem, q̄ ihs qui se uidissent resur-
rexisse nō credidissent. Expauēfacti ue-
ro & conterriti existimabant se spiritum
cidere. Et dixit eis, Quid turbati estis &
uogitationes ascendunt in cordibus ue-

stris? Videte man⁹ meas & pedes meos,
 quia ego ipse sum. Contrectate me & ui-
 dete, quia spiritus carnem & ossa nō ha-
 bet sicut me uidetis habere. Et cum hæc
 dixisset, ostendit eis manus ac pedes &
 latus suum. Gausi sunt ergo discipuli ui-
 so domino. Dixit ergo eis iterum, ^aPax
^buobis^b Sicut misit me pater, ita & ego mit-
 to uos. Hæc cum dixisset, flauit in eos &
 dicit eis, Accipite spiritū sanctum, Quo-
 rumcūq; remiseritis peccata, remittuntur
 eis, quorūcūq; retinueritis, retenta sunt.
 Adhuc autē illis non credentibus & præ
 gaudio miratibus, dixit eis, Habetis hic
 aliquid edulij? At illi obtulerunt ei par-
 tem piscis assi, & aliquid de fauo apiario,
 Et accepit & in cōspectu illorū comedit,
 Et dixit ad eos, Hæc sunt uerba quæ locu-
 tus sum ad uos cū adhuc essem uobiscū,
 q̄ necesse foret impleri omnia quæ scri-
 pta sunt in lege Moysi & pphetis & psal-
 mis de me, Tunc aperuit illorum mentē
 ut intelligerent scripturas, Et dixit eis,
 Sic scriptum est, & sic oportebat Christū
 pati & resurgere a mortuis tertio die, &
 predicari

prædicari sub nomine eius pœnitentiam
ac remissionem peccatorũ in omnes gen-
tes, initio facto ab Hierosolymis, Vos au-
tem estis testes horum.

a Christus pax nostra, pacem abiens reliquerat, pa-
cem reportat, sed ut pax, id est, Euangelium suscipia-
tur, prius terrentur conscientie & exprobratur in-
credulitas, Secundũ
propheti
am Esa. 2.
De Sion
exibit
etc.

b Sicut &c. Hæc magna est missorũ gloria, sed nimis
amara carni, nõ sibi somniet caro nostra aliud &c. Ac-
cipite &c. frustra ergo de potestate hodie superbiunt
sine spũ. Nõ habent Euangelium in pectore, & tamen se
absoluere putant. prædica mihi Euangelium, cui cre-
dens absolvor, nõ credẽs maneo in peccatis meis, alio-
qui nihil moror tuã confictã absolutionis formã. Hoc
infra sic dicitur, Prædicari sub nomine eius &c.

Hactenus historia diei resurrectionis.

Thomas autẽ unus ex duodecim, qui
dicitur Didimus, nõ erat cũ eis qñ uenit
Iesus, Dixerũt ergo ei alij discipuli, Vidi-
m⁹ dñm. Ille aut dixit eis, Nisi uidero in
manibus eius Sicut Petrum negare, ita Thomã
uestigium cla incredulũ oportebat fieri, omnia
uorũ, & mittã propter nos. Verũ nostra beatitu-
digitũ meũ in do expressa est. Beati qui non ui-
uestigium cla derunt &c. FF

uorū, & mittam manū meā in latus eius,
non credam.

Et post dies octo iterum erāt discipuli
eius intus & Thomas cū eis, Venit Iesus
ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit,
Pax uobis. Deinde dicit Thomæ, Infer
digitū tuum huc, & uide man⁹ meas, &
ad moue manum tuā, & immitte in latus
meū, & noli esse incredulus, sed credens.
Respondit Thomas & dixit ei, Domīn⁹
meus & deus meus. Dicit ei Iesus, Quia
uidisti me Thoma credidisti, Beati qui
non uiderunt & crediderunt.

Postea in Galilæa manifestauit se ite-
rū Iesus ad mare Tiberiadis, Manifesta-
Laborare oportet Chri uitaū sic. Erant simul
fratros opere manuum Simō Petrus & Tho-
Ephē. 4. 2. Tes. 3. nisi la mas, q̄ dicit Didimus,
borēt in uerbo dei &c. & Nathanael qui erat
a Cana Galilæa, & filij Zebedæi, alijsq̄ ex
discipulis eius duo. Dicit eis Simō Petrus,
Vado piscatū. Dircūt ei, Venim⁹ & nos
tecū. Exeunt & ascenderūt in nauim sta-
tim. & illa nocte nihil ceperūt. Mane autē
iam facto, stetit Iesus in littore, nō tamē

cognouerūt discipuli q̄ Iesus esset, Dicit
eis Iesus, Pueri num quid obsonij habetis?
Responderūt ei, Nō, At ille dicit eis,
Mittite in dexterā nauigij partem rete, &
inuenietis. Miserūt ergo, & iam non ua-
lebant illud trahere prae multitudine pi-
scium. Dicit ergo discipulus ille quē dili-
gebat Iesus Petro. Dominus est, Simon
ergo Petrus cū audisset q̄ domin⁹ esset,
tunica succinxit se (erat enim nudus) &
misit se in mare. Alij autē discipuli nauig-
io uenerūt, nō enim longe aberāt a ter-
ra, sed circiter cubitis ducētis, trahētes re-
te pisciū. Vt ergo descenderūt in terram,
uiderūt prunas positas, & piscem super-
positū, & panem, Dicit eis Iesus, Afferte
de piscibus quos prendidistis nūc, Ascē-
dit Simon Petrus, & traxit rete in terram
plenū magnis piscibus centū quinquā-
ginta tribus. Et cū tot essent, non est scis-
sum rete, Dicit eis Iesus, Venite prande-
te, Et nemo discipulorū audebat interro-
gare eū, Tu quis es? cū scirēt q̄ dñs esset,
Venit itaq; Iesus & accepit panē & dat
eis, & piscem similiter. Hac iam tertia ui-

b ce manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset a mortuis.

a Rete praedicationis Euangelij expanditur, & laboratur tota nocte frustra, donec illucescente mane Christus ipse adest. Ministri quidē uerbi sunt apostoli, sed Christus suo spū docet &c. Ex ista captura edit Christus, Ioh. 4. Ego alium cibum &c.

b Discipulis. i. apostolis cū alijs congregatis. Nā certum est Ioannem nō respexisse in mulierū uisiones, aliqui & ipse quatuor apparitiones scribit, nec respexisse, si quibus seorsum apparuerit dominus, ut Petro, Iacobo.

Cū ergo prandissent, dicit Simoni Petri Iesus, Si amas Christum nō pascet. Iesus, Simon oues, si pascet, crux sequetur. Ioannis diligis me plus his? Dicit ei, Etiam dñe, tu scis q̄ amem te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei rursus iterum, Simon Ioānis diligis me? Ait illi, Etia dñe, tu scis q̄ amem te. Dicit ei, Pasce oues meas. Dicit ei tertio, Simō Ioannis amas me? Indoluit Petrus q̄ dixisset sibi tertio, amas me, Dixitq̄ ei, Dñe tu oīa nosti, tu scis q̄ amem te. Dicit ei Iesus, Pasce oues meas. Amē amen dico tibi, cum esses iunior cingebas te, &

ambulabas quo uolebas, cū autē senue-
ris, extēdes manus tuas, & alius te cinget
& ducet quo nō uis. Hoc autē dixit sig-
nificās qua morte glo Oēs uere Christiani glo
rificaturus esset deū, rificant deum, sed alius
Et cum hoc dixisset, sic, alius aliter. Neq;
dicit ei, Sequere me. Francisci neq; aliā re-
Conuersus Petrus ui, gulā aut selecticia ope
det illū discipulū quē ra tibi sume. Eat Petrus
diligebat Iesus sequē sua cruce. Ioannes inue-
tē, qui & recubuit in niet suā, tu quoq; tuā,
cœna sup pectus eius quando alius te ducet
& dixit, Dñe, quis est quo non uis, uide tunc
ille qui tradit. Hūc er- ne asperneris uolūtate
go cū uidisset Petrus, dei. Non dei sed suā se-
dicit Iesu, Dñe, hic aut quūtur uoluntatē, qui
quid? Dicit ei Iesus, selecticia opera sequū-
Si eum uelim manere tur, quæ præterea sunt
donec ueniā, quid ad ipia, qā eis fiditur &c.
te? tu me sequere. Exiit ergo sermo in- Vide Po-
ter fratres q̄ discipulus ille nō moreret. stil. D.
Et non dixerat ei Iesus, non moritur, sed Martini:
si eum uelim manere donec ueniā, quid
ad te? Hic est discipulus ille qui testimo-
nium perhibet de his, & scripsit hæc, &

scimus q[uod] uerum est testimonium eius.

Vndecim autem discipuli abierunt in montem Galilae ubi constituerat illis Iesus. Et uisus est plus quam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt. Et cum uidissent illum adorauerunt eum, quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis, dicens, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Ite ergo in mundum uniuersum, & praedicantes euangelium omni creaturae, docete & traditiones. omnes gentes, Baptizate autem eos in nomine patris & filii est q[uod] ego accepta & spiritus sancti, docentes potestate regni eos seruare omnia quaecumq[ue] & iustitia sum praecipi uobis. Et ecce ego hominum &c. uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Qui igitur crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui uero non crediderit, condemnabitur. Porro signa eos qui crediderint, haec subsequetur, Per nomen meum demonia eicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si quid lethale bibe-

1. Co. 15.

Vnde Ifra

ne & rone

reldo hu

us concili

et onis.

psal. 8.

sint, nō nocebit eis. Super agros manus imponent, & bene habebunt.

† Vobiscum sum. Ergo non indigebitis Christi alio quo uicario. Non uicarios mitto qui pro me imperent & regnēt, sed prædicatores & uerbi mei ministros. Ego per me adero ubi uerbum meū prædicabitis &c.

Deinde uisus est Iacobo, 1. Corin. 15,

Itaq; antequā sursum assumptus est, Act. 1.
apostolis se ipsum exhibuerat uiuentem
posteaq; supplicio fuisset affectus, idq;
cōpluribus argumētis, dum per dies qua-
draginta cōspicitur ab illis, ac loquit̃ eis
de regno dei, aperies illis mentē, ut intel-
ligerent scripturas. Et congregās illos in Id est in
idem loci, præcepit eis ne discederēt Hie- Hierusa-
rosolymis, sed ut expectarēt promissum lem.
patris, dicēs, Ecce ego mitto promissum Lu. ult.
patris mei super uos, de quo audistis ex
me. Vos autē sedete in ciuitate Hierusalē,
quo ad usq; induamini uirtute ex alto.
Quoniā Ioānes quidē baptizauit aqua, Act. 1.
uos autē baptizabimini spūsancto non
post multos hosce dies. Illi igit̃ ubi con-
uenissent, percōtabant̃ illum, dicentes,
† Dñe, num in tempore hoc restitues re- †

gnū Israelī: Dixit autē ad illos, Non est uestrū nosse tēpora & articulos temporū quæ pater in sua ipsius cōstituit potestate, sed accipietis uirtutē, posteaq̃ spiritus sanctus aduenerit super uos, & eritis mihi testes non solum Hierosolymis, uerū etiam in uniuersa Iudea Samariacq̃, deniq̃ usq̃ ad extrema terrā.

Carnalia interrogant. Regnum autem dei spirituali Israelī incoepit quidem restitui per Christum prædicantibus discipulis Euangelii, sed perficietur ubi testimonium Christi peruenerit usq̃ ad extrema terrā, tūc enim ueniet consummatio mundi. Matth. 24. Id quod nūc reuiuiscēte Euangelio speramus futurum.

Luce ult. Eduxit autē eos foras in Bethaniam, & sublati in altū manibus, benedixit eis. Et factū est dum benediceret illis, iam factis eis post resurrectionē suam locutus, **Act. 1.** recessit ab eis, & uidentibus iisdem in altum sublatus est, & ferebatur in cœlum, & nubes subduxit illum ab oculis eorū, **Mar. ult.** & consedit a dextris dei. Cūq̃ essent defixis in cœlum oculis, eunte adhuc illo, **Act. 1.** ecce uiri duo astiterunt illis amicti uestibus albis, qui & dixerunt, Viri Galilæi,

quid statis intuentes in cœlū? Hic Iesus
qui assumptus est a uobis in cœlū, sic ue
niet quēadmodū uidistis eū euntem in
cœlum.

Tunc ipsi adorato eo reuerſi sunt cum *Act. 1.*
gaudio magno Hierosolymam, a monte *Lu. ult.*
qui uocatur oliueti, qui abest ab Hiero
solymis iter sabbati. *Id est, quantū licebat &*
Et cū introissent, *as/ pmittebatur sabbato am*
cenderunt in cœna- *bulare, hoc est, parum dis*
culū, ubi mansitabāt *stabat &c.*

& Petrus & Iacobus & Ioannes & An
dreas, Philippus & Thomas, Bartholo
meus & Matthæus, Iacobus Alphæi &
Simon zelotes & Iudas Iacobi filius. Hi
omnes perseuerabāt unanimiter in de
precatione & obsecratione cū mulieri
bus & Mariā matre Iesu, cūq; fratribus il
lius, Et erāt semper *Semper. Lucas nō sophi Lu. ult.*
in templo laudantes *stico sed uulgari more di*
& benedicentes de- *cit, pro quotidie & fre*
um, Amen. *quenter.*

Et in diebus his exurgēs Petrus in me
dio discipulorū, dixit, (eratq; turba nomi
num fere simul centum uiginti) Viri fra *Act. 1.*

tres oportuit impleri scripturā hanc, quā
 prädixit spūs sctūs per os Dauid de Iuda;
 Dux. significat Petrus nō qui fuit dux ihs qui
 de solo Iuda esse psalmū, comprehenderūt le
 sed de omnibus Christi ad sum, qui cooptatus
 uersarijs, quorum dux Iu erat in numerū no
 das cooptatus i numerū strū, & sortitus erat
 apostolorum, hic est Anti partē ministerij hu
 Christi apostolatus. ius, Et is quidē para
 uit agrum ex mercede iniquitatis, suspē
 suscp crepuīt medius, & effusa sunt om
 nia uiscera ei⁹. Et innotuit omnibus ha
 bitantibus Hierosolymā, ita ut appella
 ret ager ille lingua illis uernacula Akel
 dama, hoc est, ager sanguinis. Scriptū est
 enim in libro psalmorū, Fiat cōmoratio
 eius deserta, & nō sit qui inhabitet in ea.
 Sicut alius subrogatus est in lo & episcopatum
 cū Iuda, ita abiectis impijs Iu= eius accipiat al
 deis subrogādus erat alius po ter. Oportet igit
 pulus, de qua re loquūtur duo tur ut ex ihs ui
 psalmi, ex quibus Petrus spirt= ris, qui nobiscū
 tu dei mouebatur, & factū ap= uersati sunt toto
 probat deus manifesta sorte. tēpore, quo do
 minus Iesus perpetuam uitæ consuetudi

nem egit nobiscum, exorsus a baptismo
Ioannis, ad eū usq; diē quo receptus est
a nobis, unus quispiā cōstituatur, qui sit
una uobiscum testis resurrectionis eius.

† Et statuerunt duos, Ioseph qui uocatur
Barfabas, qui cognominatus est iustus,
& Mathiam. Et facta precatōe dixerūt.
Tu domine qui corda nosti omnīū, ostē
de utrū elegeris ex his duobus, ut accipiat
sortē ministerij huius & apostolatus,
unde prauaricatus excidit Iudas, ut abiret
in locum suū. Et dederūt sortes eorū,
& cecidit fors sup Mathiā, & cooptatus
est ad numerū undecim Apostolorū.

† Non is eligitur qui iustus appellatur. Alia enim
sunt dei iudicia quā apud homines nomina. Neq;
opus est quærare hinc an sorte uti liceat. Sors ista pre
cibus committitur deo, & signum per sortem petitur
à deo in re quæ non erat per uerbum dei expressa, ut
scirent uoluntatē dei. Hoc est, quod in Prouerb. dicitur,
Sortes mittuntur in sinū, sed à domino tēperantur.

Et cum cor pleretur dies pentecostes,
erant oēs unanimiter in eodē loco, † Et
factus est repente de cœlo sonitus, tanq;
impetui uehementi flatus uehemētis, &
repleuit totam domū ubi erant sedentes,

S. SP:

Misso

Et uisæ sunt illis dissectæ linguæ uelut igneæ, sed itq̃ super singulos eorū, ac repleti sunt oēs spū sancto, ceperuntq̃ loqui alijs linguis, prout spiritus ille dabat eloqui illis &c.

Lege totū librū Actorū apostolicorū & apostolorum scripta, & cognosces quæ operati sint discipuli, induiti uirtute ex alto, quæ omnia his paucis Marcus comprehendit.

Illi uero egressi prædicauerunt ubi q̃, domino cooperante & sermonem confirmante per subsequētia signa.

CHRISTVS VIVIT REX.

LECTORI.



PAUCIS huius meæ, quod ad historiam glorificati Christi attinet, concordantie te reddo certiore, In qua non Augustinū aut alium quemquā secutus sum, licet quædā annotarint, sed ipsos sacros historiæ sacræ scriptores, & non parum uideor eorum sustentasse fragilitatem, qui suspicantur Euangelistas sibi diuersa scripsisse, ita ut etiam olim (quemadmodum ait Hieronymus) quidam non receperint Marci caput ultimum, quasi cæteris Euangelistis diuersum, quod tamen non est. Sic ergo habe.

401
Tēpus primæ uisitationis sepulchri, quando uenerunt mulieres, oēs Euangelistæ concorditer scribūt.

Deinde uariæ scribuntur illarum uisiones, sed duabus historijs tantum comprehenduntur. Alteram scribunt Lucas & Ioannes, alterā Matthæus & Marcus.

Sed quæ illam facio priorem, hanc posteriorem, Marcus cogit, dicēs. Primū apparuit Mariæ Magdalene.

Ecce paucis concordauī quod falso uidebatur diuersum, Ita nihil offenderis neq; in uarijs angelorum uisionibus neq; in alijs gestis, quæ alioqui apparebant non conuenire, dum tamen angelum aspectu horrendum, qui sedebat super lapidem, solis militibus apparuisse in Matthæo intelligas, & postea angelum, qui secundum Matthæum loquitur mulieribus, apparuisse quemadmodum Marcus describit.

Sed cur iterum Maria Magdalene uadit, quæ iam uiderat dominum resuscitatum? Respondeo. Cum alijs uadit & dux est earum, & sæpe uidere cupit quem uiderat, aut saltem sepulchrum uidere cupit, quod obiter quasi dixit Matthæus. Vnde nō tam ipsa, quàm sociæ adhuc dubitantes de eo quod forte reuelarat eis Magdalene, audiūt, Nō est hic Venite & uidete &c.

Itaq; non erit necesse plures suspicari Marias Magdalenas in Euangelistis. Est autē hæc Maria Magdalene Galilæa. Maria uero soror Lazari nūquā in Euangelicis literis inucnitur aperte Magdalene uocitata, quæ etiā nō Galilæa sed Iudæa est.

Apostolis uero cōgregatis, sed tamen absente Tho

ma apparuit in uespera eiusdem diei. Secundo præsen-
te Thoma octauo à resurrectione die. Tertio paucis-
simis post hebdomadā paschæ (ut nūc uocamus) ad ma-
re Tiberiadis, unde Ioannes ait, Hac iā tertia uice &c.

Qui ordo ab Ioanne descriptus, manifeste cogit, ut
post hæc omnia intelligam factū esse quod Matthæus
de mōte Galilææ scribit, ubi credo ad fuisse plus quā
quingētos fratres, de quibus Paulus scribit. Quis enim
discipulorū illic nō cupijt adesse, ubi suū Christū au-
dierat appariturū, rumore inter eos peruagante ex
relatione angelorū, mulierū, Christi, discipulorū, &
ex recordatione uerborū quæ Christus prædixerat?
maxime cū etiā certū montē illis constituerit, ut Mat-
thæus scribit, credo etiā certū diē. Suspicio autē montē
Thabor fuisse, in quo antea (ut aiūt) specimē suæ resur-
rectionis in transfiguratione illa dederat. Nō uoluit tā
multis apparere, anteq̃ ad multos fama patratæ resur-
rectionis peruenisset. Et Matthæus quoq; subindicat
alios ad fuisse q̃ apostolos, dicēs, Quidam autē dubita-
uerūt. Quis quæso tūc apostolorū dubitauit, qui ante
q̃ in Galilæam irent Hierosolymis, omnes crediderāt?

Quapropter non recte intelligūt de die ascensionis
quod Marcus scribit. Nouissime siue deinde, Recūben-
tibus illis undecim &c. q. sequatur, Postq̃ locutus est
eis, assumptus est in coelū &c. Nā in uespera diei resur-
rectionis factū est. Et nō attendunt Marcū ab eo loco
scribere non continuā historiam, sed breuiter cōpre-
hendere quid ante ascensionem gesserit dominus aut


dixerit. Nā illa uerba, *Euntes in mundū &c.* apparet
 ex Matthæo dicta in monte Galilææ, nisi sæpius dicta
 intelligas. Quod uero sequitur, *Postq̃ locutus est eis, as-*
sumptus est in cœlū &c. non intellige assumptū mox
 post prædicta uerba, sed post omnia uerba quæ lo-
 quebatur à resurrectione per dies quadraginta secū-
 dum Lucā in Actis. nisi etiā intelligas discipulos sta-
 tim à monte Oliueti egressos ad prædicandum ubiq̃,
 quia sequitur, *Illi autē egressi &c.* id quod uetāt Acta
 apostolorū. Epitomen ergo scripsit illic Marcus gesto-
 rum à Christi resurrectione. Quin & ipse Lucas ita cō-
 texuit Euangelicā historiā, ut putes, Post diem resur-
 rectionis nocte sequēti Christū ascendisse. Et nisi idem
 unico uerbo in Actis dixisset, per dies quadraginta,
 adhuc nesciretur quo die Christus ascendisset, id est,
 assumptus esset ab oculis discipulorum, alioqui eius re-
 surrectio est quoq̃ eius ascensio siue glorificatio, quan-
 do ei dictum est, *sede à dextris meis*, de quo & ipse di-
 cit. *Data est mihi oīs potestas in cœlo & in terra.* Ita
 q̃; nusq̃ magis apparet atq̃; hic, q̃ multa defint ex om-
 nibus Christi gestis, quorū oēs Euangelistæ uix epito-
 men scripserūt, ut etiā Ioānes in fine sui libri fatetur.

ADVENIAT PATER REGNVM TV-
 um, per Iesum Christum filium tuū
 dominū nostrum, Amen.

BASILEAE, APVD ADAMVM PE-
 tri, Mense Septēbri Anno M. D. XXIIII.

Handwritten text in a Gothic script, likely a Latin manuscript. The text is arranged in a single column and appears to be a formal document or letter. The ink is dark, and the parchment shows signs of age and wear.

AD HONORATISSIMUM PATREM RHEINIS
ET ALIIS









Th
365